sibi licerat nihilominus ad magisterij artium examen admitti;

6. Franciscus Gethier Senonensis postq. exposuit se philosophiæ studuisse
per duos annos integros. 1mus qd in Collegio Harcuriano sub
celeberrimo professore M. Egidio Rousset à remigialibus
anni 1677. ad indicias anni 1679. deinde in Cameracensi sub
Claussio professore M. Rose à remigialibus 1682. ad Kal. huiusce

mensis

monis augti; sibi tamen proptrea praeludi aditum ad examen
Magistrij in artibg, quod Surnagnomey non reperiatur scriptum
3 1°. priores anni Catalogo; idq; ides omissij Russel, quod pha-
cursum auspicatus à physicis, non resciuit morey academica
de conscribendis nobg; quem morey cum professor anno superiori
satis superque discipulis huis significasset, non necesse existimauit
eundem ipsis iterum inculcare anno posteriori. Nunc ad praelia
bstrum orijs Ideq; faciat se diligentius classibus per annum integrum
3 Scholâ phia starcunauit de tanto Russel, petijt hb. ad
examina Magisterij 3 artibg aditus patuit.

7. Philippus Cheron Carnuteus celebem phia professoris 3 plesseo M. gaulo
Cohade antea discipulus à renunciatibg anni 1679. ad inducias 1680.
cuius tamen nomen deest 3 utroque posteriori ann. catalogo,
prolatis huiusmodi discipulorum, nunc Magistrum 3 artibg bstrum
affirmantibg eundem Philippum Cheron, Rhemg 3 plesseo celebem professo-
rem annos [illegible] per integrum biennium scriptis Academiae recepisse, petijt
ut [illegible] ejusdem praeludijs hucusque ad examina Magisterij 3 artibg quod
nomen 3 orbg catalogis hactenus non reperiatur, sibi nunc ad ea examina nihilomin
aditus patuit, vbi magis quod hic cum studentibus phia 3 sub eodem plesseo
communiter & continuo exercuisset.

8. Barbanterius Bradley Lexoniensis diocesis Trecensis Clericus M.
R. Mallement celebem 3 eodem plesseo phia professoris discipulus cuius
nomen quoq; desit 3 utroq; posteriori ann. catalogo, idem quod
pre superiori petijt, nullis itaq; prolatis obstantibus. Decretum est
petitionibus audito M. Petro de Lenglet Communitatis syndico,
qui duo praetura postulauit; altera, vt viri academici, qui scholastica
barent testimonia, quibg 3 locis studuerint, demceps darent nomina
studij 3 Rhetoricis, sodalitij 3 literis humanioribg: altera, vt qui singulis
nationibg candidatos Magisterij 3 artibg tentant 3 primo examine
ac sequentibg majore adhibendo, neve sui ad indulgendi scholasticis
viris molliores. Utraque huic malo remedia 3 cae quaeratur.
Cum nobis dimissa deliberandi, postea se procuratores hoc
retulerunt se indultum velle omnibg hujusmodi quod petitum
[illegible] de ann. mandatione
3 professoris q-
catalogos maturo
ad tabulam deferri
negleren-
nos tamen tribus postmodum vtrisq; Cheron & Bradley viris ita candidatis
vt praemissa [illegible] adhuc q. scholasticam testimonia priora assumendi
& adhibendi 3 tentandis candidatis a Magisterij 3 artibg Majori sementale
ad primata apud D. Rectorem Electorem facultatis Artium, & in primaq; nave
[illegible] Collegium Cluniacensium. Actum in [illegible] D. Rectore Lucas

die Luna 30^o^ augusti D^r^ de Saintot Ceremoniarum Regiarum magister venit
à Rege in Regiam Navarram, admonitus D^ns^ Rector et Vniversitatis Parisiensis ut
Regiæ die mercurii 1^o^ 7bris apud San-dionysium, et die sabbati apud B. Mariæ
vt Vniversitatis proceres interessent, Regijs Epulis apud San-dionysium excipiendi:
his autem sacris et Ceremonijs more solito Vrbi tota Vniversitas.

Die 2. 7bris in Comitijs deputatorum Vniversitatis in antecessum habitis statuta quod die
sabbati pxo Vniversitatis interesse oportet solemnibus sacris in B. Maria pro Regina celebrandis.
1^us^ Supplex admissi pro literis notarij Guill^us^ Rouey Sagiensis, Antonius Lamber Parisiensis,
Michael Froger Cenomanensis, franc. Caudron Noviodunensis, Simon Hennequin Parisiensis,
Claudius Parent Helvianetensis, Nic. Maria Ruffin Parisiensis, franc.^us^ Requignon
Carnotensis, Matthæus Anguin Rupellensis, Antonius martinot Tullensis, rata petitio
cibis cunctis placuit. Supplicavit Paulus Poncet, nic. vernier Turonicus, cui concessum fuit.
2 Placuit ires Proceres cum adjunctis ornatos habitu decenti apud S^tum^ Maturinum adesse
et inde hora 9^a^ proficisci ad B. Mariæ per viam Jacobæam, et D. Sedilia statis occupari
à D^no^ Rectore, Decanis et procuratoribus, cathedris in Intervallis sedere.
3 Item placuit ires DD. Rectores, Decanos et procuratores cum adjunctis Officialibus ad fontem
Bellaqueum proficisci ad salutandas Reges, eisq; dolorem significandas de prematuro Reginæ obitu.
4. Item relegati sunt DD. Halle, Regis et quatre qui fuimus Regiæ faciendis exequijs ad monast.
octavas 3 Regia navarra vbi D^s^ Rector habitat.
5 Exposuit M. Lud^cus^ Mahieu DD^as^ le françois habere fundum suum Academico
contiguum, rata petitione postulare, ut finis regantur, placuit viros aliquos ex rem præsentibus
gnibus res, quas quicquam ea de re decernatur; idq; negotium DD. Halle et Le Mahieu in se
receperunt, atque ita concluserunt.

Die Dominico 5^o^ 7bris à Regia Navarra quo ores mane convenerant quatuor
Abbatis perventum est ad Vesperam Milodunum, ubi pernoctatum et postridie multo mane
Bellovacum, vbi D^s^ Rector statim accepit literas à D^o^ le Seigneley lutetiæ datas,
et à cursore prelatas, quibus Vniversitas revocabatur, disturbatur q^d^ ejus salutatio ad aliud
tempus pro Regis valetudine. At ipse Rex cum audisset Vniversitatem jam remisse
eam, non solum ad se admitti voluit, sed earum grati animi et benevolentiæ
significatione accepit. postea eodem ipso die Milodunum cubitum est, postridie Lutetiam
venitum.

Die 2. octobris in Comitijs deputatorum Vniversitatis ord.^is^ et menstruis apud D.^m^ Rectorem
in Regia navarra habitis, facta supplicandi potestate supplicavit pro literis notarij status
1 Magistri q^m^ artium et quinquies Franciscus Vivant Parisinus, Claudius Leullier Ambianensis,
Claudius du pré Bellovacus, Carolus Claudius Thevenet Parisinus, Joan. Luyker parisiensis,
Georgius du four pbr Constantiensis, Lud^cus^ Gobrin pbr Virdunensis, Dominicus
† Joan de Bruniere pbr Rothomagensis fuldré Parisinus, Joan Bap^ta^ Larmbret Parisinus, Joan Boyer diœc.^sis^ Sen. flor,
† procurator Franciscus Garand Parisinus, titulo veri Licentiatus q^m^ Regia et decem^i^ Franciscus
Nenc aquensis Legitime absens per [illegible] supplicavit, cui literæ
ejus cibis cunctis placuit.
2 Item monuit idem D^s^ Rector supplicandas Academicas fore die Jovis proxima,
hujusce mensis 7^a^ ad idem Pro Sacro sub invocatione sti Marshalli.
3 M. Carolus ô Daly prolato S.^to^ die 3. 7bris nm vocatis partibus latis
contendit, se, cum antea Subdiaconi, etiamnum esse oportere Germanicæ Nationis
Procuratorem; quo quidem S.^to^ cautum erat, ut primo quoque die partes
Venirent

venirent. Interim statuta, legis & Senatus consulta
executioni mandarentur.
M. Petrus Andre Du Sol la feuille Cui S.C.to Interessorum
Rectore die 7. augti lato. quâ Bere Audito M. Petro de Langlee
Visitatis Syndico, qui dixit multa secum communicata fuisse instrumenta,
plauit ea quam primùm corcari, & de ijs prope diem ad visitatas ℟ ferat.

4 Pro nauatâ nuper apud S.tum Dionysium operâ, plauit decerni
S.o Rectori duplum, singulis Regens, Procuratoribus & officiarijs
triginta libellas, et mediam partem singulis adjunctis absentia cumulus
a D. Rectore / Tallemier
die 7 eiusdem mensis octobris ij Comitijs supplicatorijs apud Mathurinos
habitis, ℔ ij anguste facta supplicandi potestate admissi sibyllum pro
Libris nouis Lud.cus Ost Ostancus Remensis, mr. le Captors Corpus Christi,
Thomas Fourcre ptbr Parisinus, Franciscus Le Baigne Parisinus, &
Franciscus des Merrnée ptbr Ebroicensis rationibus eiusdi plauit 12 s

die 29. octobris ij Comitijs Deputatorij visitatis apud D. Rectorem ij Regiâ
Nauarrâ extra ordinem habitis ℟ deliberatum de ijs, quos ad Regnum
parentatorij postulacum, quique prouti viros Academiæ Imitarentur, & quibus
id negotij daretur; postquam de ea re communicatum, admissus ℟ ad supplicandum
pro libris nouis Philippus Goubier ptbr Lugdunensis titulo Magistrij ij artium
& quinquennij, rationibus eiusdi plauit absoluta à D. Rectore cumulus

die 2. nouembris ij Comitijs Deputatorij visitatis ord.rijs apud D.
Rectorem ij Regia Nauarrâ habitis actum ℟ de controuersia ortâ
inter M.M. Neal et Darby de Germanica natione
Censurâ; ac post multas vtrinque altercationes, quod non
probarent ea quæ dicerent, visum ℟ amplius insistere,

die 4. Nouembris in Comitijs Deputatorij visitatis ord.rijs apud
D. Rectorem ij Regiâ Nauarrâ habitis, facta supplicandi
potestate, supplicarunt pro libris nouorum, titulo Magistrij ij artium
& quinquennij: Franciscus Foucault ptbr Ebroicensis, Hugo
Mouret ptbr Parisinus, Eduardus Colbert de Turgis Parisinus,
Joannes Darby ptbr Hibernus, Joannes Giron Hibernus,
Mathurinus Arckembault Stompanus Lemonensis,
Alexander Cæsar Payen Albamallensis Rotomagensis, &

Et petrus Guiart pbr Carnutensis ~~[illegible]~~ illis omnibus unanimi, placuit
atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

2. M. David Lran unus ex Germanicæ Nationis Magistris, postquam
exposuit se rite atque ordine, stato die et loco solito electus fuisse
Nationis suæ procuratorem, probatâ Nationis conclusione, postulauit
ad gerendum illud munus admitti. M. verò Carolus d'Daly, qui illud
antea gesserat, idque pronuncio Senatûs Decreto, partibus non
contradicentibus lato, contendit se debere esse ad hoc
procuratorem, quod per aliquod tempus M. petrus Danese illud
gessisset. Cui Doctor Lran duo respondit; altero, quòd constitutus
sit certus dies eligendo procuratori, quod tempus nondum sit
transactum. altero quòd Doctor d'Daly procuratorio munere
fungatur sit vice Tribûs Continentium, cum tamen sit
gradûs; nunc esse vices Insularium, quas non oportuit
prohiberi. Audito Syndico, visisque Instrumento, placuit
illud munus geri à M. Davide Lran, comprobatâ ejus
Electione, ut potè legitimè factâ, actaq; à D. Rectore
conclusa fuit.

3. Ob labores nuper à D. Rectore & Regiâ Navarrâ & magnâ omnium
ordinum celebritate funebres Regiæ Laudationes, actus de
Honorario, placuitque ei expendi ex ærario Academico
quadringentas libellas, non solùm propter eas orationes, ne
ejusmodi pensio deinceps in exemplum trahatur, sed propter
multa alia ejus in Universitatem merita omnia & singularia.

4. Ex libello supplice à Decano, Canonicis & Capitulo Ecclesiæ
Cathedralis nonnullorum petito, ut sibi Visitatio ad metas
Episcopi & Civitatis nonnullas audiat ad causas & palatium
pendentes, in quâ agitur de tuendo jure nominandi,
instituendi Gymnasiarchæ Collegii nonnullorum, nec non aliud
ad Regulares, quod Episcopus & Civitas Canonicos transferat
placuit consuli antè Jurisperitos, idq; omnibus ex Aula Iuris Decanis

&

et haec Gallia procuratori atq; ab amplissº D. Rectore emolumenta

Die decimâ quartâ Decembris in Comitijs supplicatorijs apud Matheseos habitis vbi in angulo sinistro ad mensam Rectoris Quinq; Nationum supplicandi potestate, supplicarunt pro licentiâ nominandi Antonium Gobelin Parisinum et Anthonium Gault hier adhuenbe studio Magistri in artibus et Gymnasij, ratis vtrisq; annuit placetq; RR atq; vtr emolumenta Deinde in capitulo professorum D. Rector petentibus, probatis quae requisita Decretis Literae Commendatitiae amplissº Consulatui praestitit ad arbitrium Quatuor hac Nationum

Caluerion

Die 16. Decembris in Comitijs Rectorijs apud Mathematicos horâ decimâ matutinâ hac mense habitis prorogati sunt Fasces Rectorij amplissimo D.no Rectori M. Nicolao Caluerion, ratis prorogatio ab orbe et singulis Nationibus confirmata RR et recognita comprobata

Die augti 1683. Mr le Recteur et [illegible] assista au Jemin qui se fit a St Jerme pour La Reyne Marie Therese, Les Ordonnances qui luy en auoit este faites par Les Mrs des Jeremins et aux autres Les Jeremins ordres, Lad Mrs des Jeremins Beaune apporta une lettre de Cachet du Roy, dans la Quelle etoit ; A nos tres chers et bien amez les Jeremins Docteurs et Supposts de nre fille aisnee l'Vniversité de nre ville de Paris. Et le contenu de Lad lettre etoit comme s'ensuit

De par le Roy

Tres chers et bien amez dans la perte sensible que nous venons de faire de la Reyne notre tres chere et tres amee Epouse et compagne nous ne pouuons trouuer de consolation qu'en considerant la pieté dans laquelle elle a passé le peu de tems qu'il a plu a Dieu de la vouloir laisser en cette vie, et par la ferme asseurance que la Sainte

verte nore Cause du salut de son ame; par le quel nd vaulons quil
soit fait ensemble solemnel dans l'Eglise Cathedrale de nôtre dite ville
de Paris, et dans celle de St Denys en France; Si vous mandons
et ordonnons de par le Roy et Lordre auxdits Chambre et Gens
grand Maître de nos Comptes venir dire de mot à mot, si vous
faute. Car tel est nre plaisir. Donné à St Cloud le dernier jour
du mois de Juillet 1633. Signé Louis et plus bas Colbert
Die 31 Julii Rector ex Decani, procuratibus, et Definitoribus apud St Magloire
Insolvia non obstantibus Sex equitum Ordinis, quibus præsti, Ex officio
officium adunati et hora pulsatæ Vesperarum ego ssti Spiritus
ad grandem nobis in Aula parata ubi officium adunati nuncii Sancti
Illud quia absentiae dicti, quod Regis ostium qui dictis diebus in Domo regendis
Deinde die Mensis Cadem Orationem ordinata Imperialis Imperatoris
Quibus mortis ipse omnes introierunt ad S. Mariam

Rectore M Nicolao Tauernier. / Conclusiones facta ann. 1684. 15

REGIS PAPIER DE PARIS GENERALITE Cn Sol Lafeüille

Die 8. Januarij 1684 ꝙ Comitijs Dlegatorū Vrbitatis ordrijs & mensibus in Regiâ Navarrâ apud amplissū D. Rectorē habitis supplicarunt pro litteris nōdis Nicolaus Blanchard Catalaunensis, Ludcus le Rond ambianensis, Michael Borgart Aurelicus, Carolus du Moustier pbr Parisinus ijdē iure magrij in artibz et quinquennij; et Benedictus Laurent pbr Lugdunensis eodēm iure Licentiatūs ꝙ Iure Canonico, & septennij; biennij qd ꝙ ppria; alterius biennij ꝙ Theologiâ, et triennij ꝙ Iure Canonico; ijdēm oībus concessa fr, et licentiato Canonico, re ꝙ lege, vr sacramentum scholaritatis præstet D. Rectori.

2. Exposuit D. Rector se rescripsisse Decanum, Canonicos & Capitulū ecclie Germani altissiodorensis obtinuisse à Rege Litteras, quæ vocant patentes, quibus sibi licebat unius è Capellis annuos reditus attribuere alendis duobus pueris Chorcis contra jus graduatorū placuit antequam his litteris accedat Senatūs authoritas, mḥo cōstitutum fuit ad Tabularium parlamenti; idēm negotium intigit M. Ludcus Magnen.

3. Quod verba facta sunt M. Carolum ô'daly tiberniun non modò non reddidisse Insignia procuratoria M. Davidi Loan Germanicæ nationis procuratori, sed spretis etiam Rectoris decretis in proximis Superioribus Vrbitatis Dlegatorū Comitijs ordrijs emendatum Lato, eiusdem tum vitâ vice significato, se gessisse pro procuratore in supplicationibz academicis, procuratoriâ etiam togâ induto non sine publicâ offensione; M. Petrus de Lenglet Vrbitatis Syndicus postulavit vt dictus ô'daly ob contumaciam pœnis academicis subjiceretur. quâ de postulatione placuit de eo cui' ætas interdici dicto ô'daly omnibus fruendi emolumentis et honoribz academicis, ijdēm eum tandiu frui donec illa insignia reddiderit. atq; ita ab amplissō D. Rectore conclusum est.

† atq; itaque prædicta conclusionis denuncian sapientissimo viro M. Petro theologicæ facultatis Syndico, & alijs quibz opus fuerit

4. Attributa sunt ex Erario academico centum et quinquaginta Libella M. Lud.co Makieu ad procuranda vrbitatis negotia tamethi illud ipse mandatus deprecaretur.

5. placuit dari fabro civi Dayonnensi, qui quo die celebri pompa Hispij Regnia manibus g Regia navarrâ parentavit, et prælegua tauauit, quindecim Libellas. atq ita g ab D. Rectore conclusum est.

Fallerius Rector.

Die 19. Januar. congregatis g Regiâ Nauarrâ omnibus 4 nationum procuratoribus proposuit D. Rector quid fieri placeret die festo S.ti Caroli Magni, tum qa eo die, quo à quadriennio academico reddita S.t rationes acceptæ et expensi, à nonnullis improbatus esset solvi ex Erario publico, quod impensum esset ad programmata; tum quia fundatio à M. Cæsare Egassio du Boulay Sancta accepta qd esset ab honoranda Gallorum natione, nondum autem à reliquis confirmata. placuit 1.o quoad hoc rem proponi honorandæ nationi ab ejusdem procuratore, et postea referri ad amplissa D. Rectorem. Fallerius

Die 1.o feb. delati sunt de more Comitia; et qa M. Carolus d'Aly adhuc contendebat se esse debere procuratorem Germanicæ nationis ex eo S.to quod post conclusionem vrbitatis secundum M. Davidem Lea sortem obtinuisset non vocatis partibus, quo S.to cautum est ut partes 1.o quoad hoc g Curiæ comparerent, interim res g eodem statu permanerent. re examinata, antequ ad deferendos Comitia procederetur, placuit M. Davidem Lea, aut eum qui ab ipso ægroto delegatus esset, fungi procuratoris munere; atq ita à D. Rectore conclusum est. Fallerius

Die 5. feb. g Comitijs delegatus vrbitatis ordinarijs et menstruis apud D. Rectorem g Regiâ Nauarrâ habitis, quibus cum D. Rectore M.ri Fauldonio interfuerunt Mess. [illegible] pro Decano Theologiæ; Petrus Halley et Bertrandus Dreuillon Consiliarij et Salutiferorum Facultatis Decani; Carolus Ture, Lud. Borel, Egidius Roustel, et David Lea 4. nationum procuratores, atq ma cum ijs officiarij præter quæstorem, 1. hypallelarum pro litteris nostris nic. Alexandro Lucas Abbaillatius die obeuntem; Hieronymus Meret Carmontelensis, [illegible] de Beaujeu

Caudius

Claudius le Boscheron Houssays, Parisinus, & Bernardus Baussé Clarmontensis, ordinarij Artium & Grammatices, vtriq; concessa sunt Scholastria.

2. De Decreto Magni Concilij in causâ M. Norberti Humbelot hujus facultatis Doctoris, placuit cathedrali patronos, quemadmodum juris academici consulebatur; ejusq; negotij datus est D. Halley, Rousselet & Mahieu.

3. Lectus est Libellus supplex M. Petri Egasse du Boullay postulantis, vt cum multis operibus ad M. Cæsare fratre, antea de Vniuersitate Scholastico meritis, & rei & Commodum Academiæ, aliquod honorarium pijs ejus manibus & memoriæ deberetur; offerentisq; & eâ conditione redditurum esse quas habet vices à M. Rectore aliquas quæstiones vectigales, & alia quæ ad fratris Clericatus spectantia. placuit de ea postulatione negotij deliberari, quam dictus Petrus du Boullay Vniuersitati fuit facturus, chartasq; ejus Vniuersitati quas habet, redditurus; atq; ita à D. Rectore conclusum est.

4. admissi MM. Robertus Escorcher, anno proximè præterito Sarrazin, & Jacobus Jouneau Procurator Collegij Cameracensis, oblatis duorum quindecim Libellis, quos debent Vniuersitati, postularunt, vt vectigal nunc ejus summæ parte contenta sit, alterius verò solutio in aliud tempus differatur. placuit integram summam retineri, eamq; tradi Quæstori Academico. Quod autem ejus antea præscriptum fuerat, vt ex summa quadringentarum circiter Libellarum, quæ ab eodem Collegio percipitur ex Tabernarum, officinarum & aliarum domuum nouarum locatione, deductis centum viginti quæ de ea Libellis, quas reddibant ex præcipuo quodam dotis Collegij censu quem alienarent; quod fecerat, placuit reliquum reservari ad redimendum illum 1. annuum censum, qui optimo jure esset, & longe certior quam nouus; eamq; residuam summam eodem decreto decreti & hoc Libellarum tradi asservandam Vrbitæ, donec summa singulis annis. triginta millium quadringentarum Libellarum ad faciendam illam redemptionem, atq; ita à D. Rectore conclusum est.

Die 23. Feb. in comitijs Relegationis Vrbitæ apud D. Rectorem & Regij nauarræi Patres ordine habitis, lectus est Libellus supplex M. Danielis Lyon Hennanus Procuratoris, exponentis à M. Carolo Odaly antea Procuratore retineri adhuc Togas purpureas & insignia procuratoria, postulantisq; vt ea sibi quàm primùm restituat. placuit itaque denunciari eidem ipsi Odaly, vt reddat ea ipsa insignia, eaq; nisi intra octo dies à denunciando reddidem, censeri ipsum sibi emolumenta, munera atq; honores academicos deperdit.

aut ad novas fundi, ejusve certi & non caduci exemptiones.

ac primatz atq; vta ab amplisso D. Rectore concluf. fra.

Fallernier

Die 29. Aprilis Comitijs Delegatorum Visitatis apud Mathurinenses 7a matutinâ de more habitis ad apperiendum ve veteris insitato Rotulum supplicarunt pro litteris nouis Dnus Nicolaus de Mailly pbr Lingonensis, Petrus de Chilly Nouiodunensis, Stephanus Tornos pbr Parisinus, Egidius le Bon pbr Constantiensis pure Magistrij 7 artibus Liberalibus ergo ijdem cum ceteris suis atq; vta ab amplisso D. Rectore concluf.

Fallernier

Deinde ibidem eodem die placuit amplisso D. Rectori & omnibus procuratoribus nouis, tametsi Franciscus Gorle Parisiensis, discipulus artis M. Pauli Cohedet nomen decessit 7 vetimo catalogo, non ante quidem ipsi expediri litteras Magistrij 7 artibus, quam in scholis suis claras Artibus facultatis comitijs perlustrasset de integrum spacium cursum confecisse; Artibus tamen ipsis, quoniam detrimentum esset in morâ, tentari si vellet, ab examinatoribus; ac si probatus esset in Artibus facultati, integrum cursum suis scholis confectum ab eo fuisse, tum demum ei Literas ve nationis placitis expediri; atq; vta a D. Rectore conclusum.

Fallernier

Die 3. Martij Natio Gallicana apud Mathurinenses officium magni Nuncij pro Episcopatu Dioceseos Maclouiensis vacans per obitum Juliani Jean vltimi contulit Nicolao Midy qui solita jaramenta prestitit 7

Die 4. Martij 7 Comitijs Delegatorum Visitatis ord. 7is et mensibus apud D. Rectorem 7 Regiâ Nauarrâ habitis quibus ea D. Rectore M. Nic. Tauboue Theologa M.M. Piques pro Decano Theologiæ, Dr Loy, & Bertrand Dr Maxiuus Cornuelss. & Salubernius facultatis Decani; Nic Iturel, Honorandus Gelbeg Arber pro procuratore Gallicæ, Egidius Roussel venerandus, & Raud Jean Constantiensis Nationum procuratores, atq; vtâ cum ijs officiarij.

1. Supplicarunt pro Literis nouis Nicolaus Thieny Tricassinus, Franc. Regery pbr Lugdunensis, Michael le Bouc Ebroicus, Franciscus Terrien Remensis, Valentinus Prideaux Meldensis, Gasparus Portelet pbr Parisinus, Henricus André Parisinus ergo ijdem cum ceteris &c.)

2.

2. de sententiâ 3 2ª Libellorum supplicum decimâ secundâ sanctorum
Latâ aduocatus M. Gulliot, ad cujus causam Vrbis accesserat
placuit consuli Juris peritos, idq negotium datum ijsd, quibus ante datum fr
consulendi de decreto magni Consilij aduocatus M. Norbert Humbelot
Religiosus Pr. magistra scientiæ. atq ita à D. Rectore concluſum fr

Jallevier

Die 11. Martij 3 Comitijs Regnatorum Vrbis alta ordinis habitis apud D.
Rectorem 3 Regiâ Navarrâ habitis, quibus inter cæteros
Pr. Hugo quæsitum pro procuratore Normaniæ Dñi M. Fremin agentem
Lectus fr libellus supplex M. Petrus Egasse du Boulay postulantis, vt pro
multa variaq operâ, quam M. Cæsar Egasse du Boulay frater, antea, dum
viueret, scholæ Vniuersitatis impendit eiq Vrbis, honorarium aliquod
ab eadem rependatur; qua de re hic consulebz ac deliberatum
Cæsar du Boulay ex Vrbis authoritate approbâ decent, suum demum
laborem habitum iri, cum traditus Petrus frater hæc Tabulas Vrbis
Chartasq quas habet reddident; mihiq nihil quam 1us Salus faciendum
eum 3 Parlamento, vbi lis jam pendet, fore agendumq esse alegavit D.
Rector concluſit.

2. De mercede dandâ Secretario D. de Lezeau, qui de privilegijs Vrbis ad
subsidiorum Synag relulit, placuit hanc fieri cum eo agi, vbi commodum
D.D. de Lay & Mahieu atq ita à Dño Rectore concluſum fr.

Jallevier

Die 17. 3 Comitijs supplicatorijs apud Mathurinos 1us in angulo supplicantium pro
tribus nondum Jacobus Cocher Parisinus, Jacobus Veyre Augustinensis,
Philippus Brouyn Parisinus libere magistri Quinquenij; & rnc
Billet pro Parisiensi pro Decanij 3 regno, atq confessor suus: deinde 3
Capitulo 1 Rector pecuniam cui, probatis quæ cunq gesta, decretum fr
Literæ commendatitiæ; atq inde processum ad D. Joannis 3 Græcum.

Jallevier

Die 24 3 Comitijs Rectorijs apud Mathurinos horâ 10ª matutina de more habitis, lectâ
supplicandi potestate, hi supplices Scholastici accesserunt. 1º nobilis Dñus
Franciscus Mathan Vaini dioc Abrincensis, & canonicus Ecclesiæ Cathedralis
M. Georgij ozon clarissimi physici 3 Græcarum professoris discipulus, postq. expositum
se mense octobri anni 1682. cujus Lutetiæ cognitaret, 3 celeberrimâ Vrbis
Parisiensi physicâ operam daturus, graui morbo, 3 quo tum laborabat, per quatuor
menses et paulo amplius impeditus, cujus rei fidem facere Medicorum aliorumq
virorum gravissimorum testimonijs; non potuisse 3 hanc urbem ante diem

decimum octauum mensis februarij præsentis pervenisse; quo tuz demum
diei philologicum studium inchoauit; petijt n ij finem huius anni academici
1678. hîc lecturi nihil commune examina ad magisterij artium Laureas
adipiscendas soluta & nuda subire, perinde quasi ab ipsis Rerum primordijs
anni 1672. curriculum incepisset.

2°. Petrus Antonius de Batilly Lanjonnis, Abbas S^ti Nicolai Ribemontensis
M. Caroli Chade celeberrimi quidem & doctissimi philosophiæ professoris
discipulus, postq. multis virorum grauissimorum, eorumq; academicorum
ac professorum testimonijs fidem fecit se integrum physicum curriculum
ad Remensem anni 1679. ad finem usq; confecisse, tametsi nomen
suum in Catalogis non scripserit, ipsum quod tuz de magistrio artium non
cogitaret, petijt, n modulo hîc ejusmodi negligentiæ venia, perinde
licere ad magisterij artium adeptionem aspirare, ac si nomen in Catalogis decessus

3°. Joan. Ludovicus le Tauernier du perray Rotomagensis; quod in Catalogis
hîc tantum scripsisset; Joannes Lud^s du perray, omisso vero cognomine
le Tauernier; atq; ita hîc artium magisterij gradum ~~[illegible]~~ adeptus
literas expeditas esse nullâ factâ mentione cognominis, le Tauernier
petijt, n illud ipsius cognomen omissis, literis adderetur;

4°. Carolus Gabriel jafier de la garde Lanjonnis, quod hîc in
nomen Gabriel, & cognomen jafier omisisset; petijt n
literis jam hîc expeditis corrigerentur, ijsq; omissa nomis & cognomen
adderentur, frequentibus, ijsq; grauissimis testimonijs ostendit se magis
eundemq; esse Carolum Gabrielem de la garde, qui antea diu
studiorum vocabatur vt Carolus de la Garde. De quibus audito M^r
Lud^s Maheu professore, missis ad deliberandum Naues pro
procuratore suo retulerunt unanimiter se indultum velle cum illis 4.
Nationibus quod petierant. Qui iterum vero singuli à singulis
Nationibus quadrumviri, scilicet M^r Christophorus Hochet professor
Humanitatis Marchianus, Gilbertus Hoter Bac. Phil. & picardus
Ex procurator
& Dauid Loan Germanicæ Procurator, prostito de more sacramento,
ingressi in concilium, postea per picardum relatum se unanimi
consensu Rectorem rogasse D. Rectori prorogasse; quia prorogato tamen
eo D. Rector deprecaretur, atq; recens patris funus excusaret,
ad singulas tamen Nationibus comprobata fuit; atq; ita in hoc Concilio

Fallemier

Die 11°. aprilis, qui fuit 1^a. Dies mestus pro quadrimodo non est habita Synodus Academica
hora qua D. Rector aberat; Ego vnus apud Matturinos adsum, vbi comparuerunt
tres Curiones; & Capellanus unus M. Petrus le Verrier. Cæteri decumbebant

Die 15. aprilis 1584. ȳ Comitijs ord. 4 mensibus, quæ ante Paschalia ȳ finire
dum dilata sunt, habitis ȳ Regiâ Navarrâ apud R. Rectore, quibus cum D.
Vice-M. mi. Tauxinus mihi subrogatus D.D. Principes pro Nobilis Pons, Mayor
D'Orly & Bertrus Dreuniacus, alter consulibus, alter Salubrium Facultatis Regens,
& Carolus, Aurel, Lud. Pard, agitandi Praefecti & Jean. Darby & Viard procuratores ordi-
nar. cuiusq; officium; 1° supplicandum pro literis novarii Jacobus Grosseteste
de Marbon Parisinus, Egidius Courrayer pro Ebroicensis, Gerardus Petit
Remensis, Joannes Brisbart suffectionarius, juxta ordinem Magistrij ȳ Nationis & Gallicanæ;
2. de substituendo causarum cognitore ȳ Doctor M. Philippes, placuit non antea
deliberari, quam Exploratum sit eum ȳ se jam obtulerunt, & se postea offerent
Instigaturi, fidei Ecclesiæ; idq; negotium habuit R.D. Henricus & Masseus.
3. quod R. Rector exposuit se convenisse fuisse à M. Petro Egasse de Bauliac eumq; sibi
dixisse, se hi quos delegati sint ad se adhibere ijs redditurum quas hi Visitatores
Chartas & tabulas, ea conditione ut sibi debo accepta: placuit nos delegare.
sed ab ipso, quod habet asseveri, ac jurejurando affirmari nihil amplius
habere.
4. placuit à quæstore avarij rependi M. Lud. Masseus centum tres Libellas &
octo sols, quas summas ȳ publica Visitatis negotia jam impenderat de suo
5. quod etiam nunc conducentur Scholæ Urbanæ ȳ simul ad academicum, alias ȳ gravi-
oneq; quæ jam obligatis adhibi primum ut placuit per D.D. Principes, & Orly
& me adiri R. Rectorem ad de re, ut is pro sua prudentia provideat
cujus jam habuerab eo ȳ rogare decretum representari.
6. quod natio Gallicana conclusione nuper facta, quæ parlamenti decreto quidam
ejusdem Nationis magistri confirmandæ curandum, nullos deinceps Baccalaureos
ȳ nave admitti statuerunt, nisi solutis antea triginta Libellis, cum antea
quindecim tantum solvendi, votaq; de quibus Scholæ suffragio privatos voluerunt,
per omnes breviandi, postulamus D. Decanique ne vetitas intercedat quominus
id fiat. placuit per ornatiss. dictæ Nationis Procuratores cum ea ago, ne quid
malo remedium per se afferat, hic minus vetitatis consulturum quid fieri oportet
atq; id ab amplisso R. Rectore conclusum fuit.

† Die 17. aprilis natio Gallicana apud Mathurinenses congregata officium magistri
nunciij pro dioc. Carnotensi vacans per obitum Paulini Cordel confulit
Antonio Pagot, qui solita juramenta præstitit.

Die 25. ȳ Comitijs extraordinarijs ȳ Regiâ navarrâ habitis, actum de accessione, faciendâ sit necne
ad Cæsarianum & Capitulum Nemausense admodum Regulares, qui Nemausum allegro
immigrent. sed quia nondum consulti fuerunt Jurisconsulti, quod ea ante
visa fuisset, placuit id ante fieri quam quicquam de re concludatur

die 5° 6. Maij 1624. in Comitijs Delegatorum visitatis per Dnos Lorenchinum et Gregorium
nuntiatum, quòd ad D. Rectorem M. nec. Tamburinum missum M. Gregorius pro Decano
Theologiae, Dolæus Catholicae, Heurnius Medicinae, Faulhaberus Mathematum Decano, Hurel, Basil. Haustein
& Barth. Nouiomagus Procuratorum, ad ea ipsi officium supplicarunt pro Licentia
rogandi Baccalaureos Dn. Leau pro absentibus, absens per M. Carolum Frenele pro Theologis
Magistri & Gymnasij; duobus praesentibus concessa sunt, absenti verò denegata. —
1 Relatum est de cancellario suffragia Iurisperitorum de negotio nouiomensi, utrum visitatio
2. ad eam Capituli auderet, sed quia a Canonicis nondum via suppedita donec
instrumenta, placuit amplius. —
quod verba facta sunt Bricenos & Suburbio S^ti Germani habitantes superstitione
3. muris Academicis claudentibus, visum est antequam quicquam de re
re concludatur, eos praesentes venire, de negotio deliberare D. Rectori Gregorio Dolæo
Matheo Univ. Scr. hodiè amplius, ut viderent si quid Athenæo foret
vtile agi, & eundem suffragium commentarentur. —
4. Antonius Desgabets arrogans Boreis centralis, qui Campum Terrenay
vocant fundi academici quem Codice habet S^ti Gratiæ, quemque dotalitio
antea placuerat, vehementer omnia quæ ad hoc negotium pertinent ab
Explorari, quid contendat, deliberatum & ab D. Rectore conclusum est
die 12° Maij, Comitijs deputatis extitatis apud Matheum hora 7^a pomeridianâ habitis
postquam exposuit D. Rector quid de re ageretur, nimirum de
subsituendo causarum cognitore vice loco M. Philippi
rogari debuisse sententias, quod M. Dn. Vernale gratiae
commendatus diuturna a viris de Academia bene meritis
fide, probitate & industria per se commendabilis videtur ut
omnes tres Decani tres Procuratores singulis suffragijs declarent
esse voluerunt qui in locum dicti Philippi substituatur, tamquam
Idoneus causarum Academicarum cognitor & patrocinio; atque
ita ab unanimi[bus] D. Rectore conclusum est. —

die 3 Junii ratio habenda apud Parisium exigendi officium vicarii generalis
pro Rec. ex Epist. Constantiensi ibi hospitantis datam per oblatum Nic. le Tellier Cancellario
Richardo judicis civili parisiensi qui ibidem juramento pro tribu. die relatum est
Commentarijs Ejusdem veneris nihil. /.

die 3. Junij

die 3. Junij 1654. Comitijs Delegatorum Vrsitatis ord. et mensium
apud R. Rectorem Insolenti Lafeiüll habitis quibus cu B. Rectore M
Nic. Taubmio introfuerunt M.M. Piquet pro Decano Phis; Michael de Ley
Consultiss. Bertrius Dreuiciae Salubernus Faculatis Decani; Carolus Turel
Gallicanae, Antonius Hersan Picardicae, Aegidius Rossel Normanicae, & Joannes Farby
Germanicae nationum procuratores, atq; una cu his officiarij.

1 Supplicarunt pro litibus noadis Jacobus Hazon Diaconus parisinus, & Frabo Clemens
Lisleman pbr & canonicus Regularis S.ti nicolai de querneta ord. S.ti Augustini
dioc. Bajocensis; qui jam antea supplicauerat anteq. prostitus fuisset, ea q. cessasset pure
magistri Quinquenn. &c.

2. ad expediendus negotium, quod vrgebat, idqs. ad Collegium S.t barbaranus peremens,
placuit à quaestore vrarij M. Carolo Guarré numerari 1.o quoq. die ampliss.o R.
Rectori mille Libellas. Itemq. rependi M. Lud.o Mahieu ducentas Libellas
Libellas, quas expositi se expendisse pro suo ad procuranda Vrsitatis negotia
3. quod verba facta sunt de redemptione annui trecentarum & paulò ampliq. Libellarum
redditus, quae à R. de Fasby vrsitati debentur, & cui census oppignerata
sunt aliquot aedes in fundo academico sitae, placuit redemptionis pretium
recipi, eaq. re ipsa oblatum fuisse, idqs. ea 3. circiter mensibus q aliquo praedio
collocari.
4. antiquaq. q ea Collegij S.t barbarani parte quae emin. vrsitas, aedificia aut noua
fiant, aut vetera reparentur, placuit eorum arbitra tres deligi, qui id
negotium curent, nempe Illum R. D. Gobinet, Guyon & Pierres & Englet.
5. de negotio nouennali placuit tribus consuli Patronis per DD. piquet, Germain & Hyrachaeum.
6. quod inchoata à Fr. Guillot aduersus Lanvictorinos lites vrsitas haud
interuenerit, placuit non deferre ab ea intermittere, q. lege et
doctus Guillot vbius praestet indemnitatem ædes idonee spondere, de quo q.
sequi am nouati fide DD. piquet, Turel & Hyrachaeum.
7. De finibus regundis vrsitatis inter Dominicanos q suburbio S.ti Germani
habitantes, nempe si qui perspiciant Dnicanum titulos, nempe DD.
Halle, Dley, Germain, Mahieu & Ego. atq. ita q alij a D. Rectore constituendi.

Allemet Rector.

die 12. Junij natio Gallicana apud Mathurinenses congregata
officium magni Nuncij pro dioc. & Episcopatu Ambiensi
vacans per obitum Claudij Gomot contulit Jacobo Brillon de jam
civi Parisiensi, qui solita juramenta praestitit.

die 20. mar. proxa.
die 20. Junij in Comitijs Supplicatorijs apud Mathur. in angulo peristylij
supplex pro litibus noadis Joannes le Clerq pbr ambianensis.
Carolus fontaine Aurelius & Joannes le fobure pbr Lexoviens
pure magistri ad quinquennij, ejusq. cessata &c. deinde in Capitulo, postquam
D. Rector de Regijs laudibus peroravit, ejus animi duo consensu decreta &c. Ubera
Consuetudinaria, probata quaedam grisea [illegible] ad eadem complenda Magnus Collegij
[illegible] R. Medicus Graduatus Doctor Theol. sacris operatus &c.

die 17. Junij in Comitijs Delegatorij Vrbitatis apud R. Rectorē in Regiâ Navarrâ extra ordinē habitis; autoritatem de substitutione à Dominicanis facta super muro Academico, ratumq; habitum et quod ipsis jam denunciatum fuit, et quid amplius moliantur, plenius perspici atq; expendi i°. quos die eorum instrumenta atq; jura ex delegati sum ijdem quibus ea freyssij contra communis studentium atq; jura concessa et ab amplissimo R. Rectore.

Die 23. in Comitijs Rectorijs apud Matzur. horâ 10ª matutinâ de more habitis, facta supplicandi potestate, ut supplicem accepturus illustriss. Abbas S. Lud⁹ Eleonorius de Monchy d'Hoquincourt Parisinus, M. Olivarij Theodori Celebern in Regiâ Nav. pene professor discipulq; immunitatis scribendi petijt ipse infirmiam corporis valetudinē, atq; oculorum gravitatē, miserabilitatē, cujus rei fidem fecit Prolis grauissimi Medicini Parisienis testimonijs. 2°. Felix Etrault Ebredunensis Cenomanus M. Joannis de Hanse celebris et plenissimo pene professionis discipulus se à Remig⁹ 1677. ad inducias 1673. inclusiue multis, ijsq; grauissimis testimonijs Academicarum testimonijs fidem fecit et integrum pene curriculum confecisse, tametsi ipsius nomen Catalogis non esset, petijt, ut sibi nihilominus liceret examini Magistri subire. 3°. Joannes Monginot Ambianensis M. Nallemans celeb. et plenissimo pene professione discipulq; à Remig⁹ 1671. ad inducias 1673. idem petijt testimonijs et nullis Catalogis nomen suum scripsisse testimonijs authoritatibus profanae vrbis quod academicis testimonijs. 4. Joannes Colin Lingonensis, M. Paul Collad per integrum biennium studiosse. quib. de petitionib⁹ auditis M. Petro de Langle Syndico Vrbitatis, denuo ad deliberandū datis per procuratorem hinc rebitabunt et indulgentiae tribus 1°. supplicibus quod petebantur, 4°. ad proxima Comitia remissis.

Centumviratus à singulis 4. Nationibus Quadrumviri nimirū ab honoranda M. Gaspar de Glandeue Bacc. Tirol.; à Nobilissa M. Lud⁹ Borel Licentiatq; Tirol. et Syndicatus Ac venerandā M. Guill. Le Melorel Antiquus professor Lexoviensis et à Confluentissa M. Carolus Magenis Collegij Longobardorum primarius, de quibus de more sacramento circumlatae ingressi sedes Rectorios atq; vta et omnibus ab amplissimo R. Rectore concessis.

Die 1°. Julij in Comitijs Delegatorum Vrbitatis ordinarijs et menstruis apud amplissimū R. Rectorē in Regiâ Navarrâ habitis, quibus ad R. Rectore M. nū°. Tandem mitis fuerunt MM. Gregues pro Decano Theologiae, Michael Dolet Juridicae, Bertinus Drevenus Medicinae facultatibus Decani; Carolus Ture Gallicanae; Antonius Verian Picardicae, Egid. Rousset Normanicae, et Joan. Dasty Germanicae nationis procuratores, quibus vna cum ijs officiarijs. &

ac 1us D. priores dixit se rae facultatis sua probare q̃, quod
prorogat sint facta ampliss. D. Rector, ne tamen eo prorogeret
in exemplum trahantur. D. Orloy dixit se quamvis ratas non vio
habeat posteriores clarissi viri prorogeae, tum qa statutis vrsitatis,
ampliss ordinis decretis, & moribs aduersetur, tum qod vnus electio
non communis huius facultatis calculo comprobata sit, re mea sic,
nihilominus, quas sibi clarissimi viri in academiaq̃ meritas, siquid
vrsitatis negotiorum vrgeat, per se non stare, quo minus hac vice
electio fieri ratio, eâ lege revelli vltra tempus academicis legibs
definitum. Rectoris magistratus prorogetur.

Tum audiri sum supplex pro literis reaos Claudius de la Roche agricol
Clericus Lemouicensis, Carolus Vrtasse Clericus nouiomensis, Edmundq
Ricard Stolyty. parisinus, et Josephus le marchant scbr Corbeiensis
diœc. Ambianen, ijs q̃ concessa sunt iure magistri et quidem.

2. lecta sunt tabulæ à notarijs perscriptæ, quibs Fr. Guillot Religiosq̃, ad cujus
caam ij 2i Judicium Inquisitoris decurrã pendentes aduersus vrsitaa
Jsti vrsitati cauet de ri damno, dato fidejussore idoneo D. de gap Clue
parisiensi ij vicedevenerad propæ Luxemburgen habitante; quas tabulæ atq;
fidejussio ab ocbs comprobatæ sc. sed qa dictq̃ Guillot ng sibi cauit pro
alia caa, quæ pendet ij i. ania ampliss ordinis classe, dabq̃ ri negotio
vrsitatis tradio, ne ij ea quoq; caa spantis prætextu indemnitas sit vrsitatis.

3. D. de vrgnies exeam vacuam ri vrsitatis clientelã petit à libero venditore
emptore, vnjcã adiscet, postulantiq̃ multq̃ sibi pro eã remitti de
rata emptionis pretio, seu de jure clientelari, quod exstructi ibi
adscripsit, id erit è re vrsitatis ampliori, placuit remitti 3as partes.

4. quod exposuit D. Rector se cum egisse D.nus de stramezeele vrbis Gen
Mercatorum præfectum, vt singuli singulis annis Lidi Magni Christianiss
Regis panegyrici dicendi, eã conditione vnj vacare ad impensas, quadringentos
q̃ singulos annos Libellos à Ciuitate postulandi; placuit, idq̃ Libentissime,
rem qd acceptari pro summo vrsitatis q̃ huius studio, ac præcipue
gradum Venetiaae; de raoe audiri, quã id quam optime fieri possit
vbi vrsitati amplius deliberari opitulari, atq; id i. quoq; die concludi.

5 probatum est vbi quod à D. Orloy & alijs cui id delegatis sit, aut vt aduersus omnes
negotiq; illud quod 3ti vrgeri placuit impensas q̃ fieri q̃ vrgere minas.

Item Curari, n. g. lowe Rr Le Boulx Senatoris nuper de Fundis li
alter aduersus Hrs do Gadeigne heredes defunctus
b. hab Sentiugt ab orby Duplici instrumento, à notarijs publ
alter qd. quo locador ædium Academicarum S. Germigni de Mona
renouciat plenum; alter, quo redemptionis pretium à R.
Lacy oblatum recipiatur, atq; ita ad R. Rectorem remittatur
Causa finita

PAPIER DE PARIS GENERALITE
Gn Sol Lasceüille

Die Sabathi 22° July 1674. in Comitijs Deputatorum Vniuersitatis
In Regiâ Navarrâ apud amplissm. D. Rectorem M. Nicolaum
Tambonier extra ordinem habitis, quibus cum D. Rectore
interfuerunt Al. M. Edmundus Pirot pro Decano Theologiæ
Michael Drlot consultiss. juris, Bertinus Dieuxmoye
salubrrimæ Medicinæ facultatum Decani; Carolus Ruré
honorandæ Gallorum Nationis, Marcus Antonius Herlan
fidelissæ Picardorum, Aegidius Rousse vendauæ Normanorum,
et Joannes Darty constantiss. Germanorum Nationis Procuratorum
atq; una cum ijs officiarij. Hinc agitatum de Eligendo oratore
qui ex fundatione Præfecti & Ædilium Urbis Parisiensis,
Ludovico Magno Panegyricum quotannis dicat. ac Superiores
quidem facultatum Deputatis etiam nunc contendentibus
id munus à singulis facultatibus sua vnusquisque
vice obeundum: quatuor verò nationum Procuratoribus
rursus contrà contendentibus id munus fieri ad
amplissimum D. Rectorem; aut si per vices ad singulas
facultatis deferendum sit, suas singularum singulas
vices esse oportere. Ne tamen, quod toti Academiæ
tanto futurum esse decori videtur, negotio vel tantula
mora injiciatur, placuit vnanimi omnium consensu
Interim et donec quæ Superiores inter, & Præclaram
Artium Facultatem pendent, dirimantur controversiæ
de quatuor facultatis Artium suffragijs, salvoque
illarum jure, eum, qui per id tempus, quo habenda
erit dicta oratio Panegyrica Rector fuerit, eo munere quotannis

defungi; atque hi ab amplissimo Sto Rectore
conclusi sunt / [illegible] Rector.

Dieuxinoye
salubrima Medicinæ
facultatis Decanus.


Illma Juvium
facultatis Decanus


proc. nat. Gallic.

proc. fidel. nat.

proc. ven. nab

proc. Cenetan. Nat.





die 5. augti hora 8 Comitÿ Regiâ Nauarrâ habitis quibus interfuerunt Dñi Tauernier, M.M. Edmundus Richer Decanus Theologiæ, Michael Drioy consiliarius quinum Berbrius Dieuxivoye saluberrimæ medicinæ facultatis Decanus; Carolus Ituré Honorandæ Gallorum nationis Procurator, Horsan fidelissimi picardorum; Ægidius Raffet venerandæ normanorum; procuratores atq; aliis officijs. 1ns supplicarunt proliteris nonnis Iure Magisterij archiep et quinquennij Alexius Guerrier pbr Rothomagensis, Andreas Laurentius de Fauerolles parisinus, Andreas Rocheton Rupellensis, Antonius L'Eleu Laudunensis, Claudius le Riuin Cenomanus, Claudius (Jean Thol. premonst. Bellouacus, Claudius Carbon Compendiensis Suessionensis, Dionysius Motte Bellouacus, franciscus Aubry victoriacensis Catalaunensis, franciscus Caroli Gourlin parisinus, franciscus Beau parisinus, franciscus Jaulmon Ambianensis, franciscus Thouastre Barrensis dioc Tullensis, Gabriel le Chasseur pbr Lexouens, Guill le Preu Constantiensis, Hieronymus le veau parisinus, Jacobus de la Bruyere parisiensis, Jacobus Robertus du Bois parisinus, Jacobus Germain Sylvanectinus, Jacobus Mesnard Bellouacus, Josephus Beurrier Carnuteus, Joannes Lud. Bayen parisinus, Joan. Poreyer Triassinus, Joan. L'Euesque Suessionensis, Joannes Jolly Bellouacus, Isaacus Harelle melodunus, Ludouicus Blenon Senonicus, Ludouicus d'aspres aquilensis Ebroicensis, Ludouicus de Guernes Sylvanectensis, Martinus Caumartin pbr Ambianensis, Martinus Boulogne parisiensis, Mathurinus Renoult pbr Cenomanensis, Melchior Courtois pbr Remensis, Michael du perche pbr Sagiensis, nicolaus Belet abricensis, mi. Carion Bellouacus, mi. le Cheualier Constantinus, nic. Cheron Sylvanectinus, mi. Jemin Triassinus, mi. maulnoir Laudunensis, petrus Heron parisinus, Petrus Guerin Sylvanectinus, Stephanus Varembault Rothomagus, Tannegvydo Guerard pbr Lexouens, Thomas Navarre Constantiensis, Thomas Duval Lexouens, Journet Franciscus Leger pbr Ambianus; jure autem Baccalaureatûs in Jure Canonico et Triennij cum attestatione nobilitatis franciscus de Fontanges pbr Comes Briuatensis, dioc Sti Flori; et Gratianus Joannes Philibertus Triboulard pbr parisiensis Doctor Theologus jure decennij; ijsque omnibus consuetis et literis quas petuerunt; Excepto uno francisco de Fontanges quia nondum omnino Trietnium confecerat. et idcò remissus est ad proxima Comitia: Cui tamen indultum est, vt tum si per se ipse non posset, saltem per alium supplicet. atq; ita à D. Rectore concessum est.

2. Duo Germanicæ nationis Magistri, nimirum M. petrus Jandel e Confratia et M. Thadeus Cruoly ex Insularum Tribu de procuratorio ejusdem nationis munere contenderunt: prior quidem, quod diceret sibi Tribus vices esse, quas per duos annos, ob interpositas lites, interruptas ac pratentas esse constaret; quodq; competitor Legitimum Tyrocinij

tempus nondum confecisset. Alter verò, quod et majori suffragiorum numero nuper electus sit solito ac statò die, similq; annali lege seu tyrocinio solutus; et M. petrus Jaudoe antrà Kal. Aprilis, cum Legitimâ contrientium vicis esset, suam tum absens vicem gratiari passus esset. qui postquàm suam Alterq; causam satis superq; dixerunt, visis eorum Instrumentis, expensisq; momentis ac rationib⁹, Audito etiam M. petro de Lengler Scholastici syndico; rogatis dictisq; sententijs, placuit intra octo dies dictam Naoem iterum congregari, et ab eâ è tribu Insulanum procuratorem eligi aptum et idoneum; atque interim M. Joannem Barry defungi munere procuratorio. et ita ab amplissᵒ D. Rectore conclusum est.
D.ⁿˢ verò Dolay actum petijt, quod interesset, ne syndicis in eâ causâ verba faceret, et suas de loquutis, conclusiones daret.

3. Quòd opus sit præsenti pecuniâ ad expediendas quasdam Scholastici negotia placuit mutuam sumi quàm primùm duodecim circiter Libellarum millia quàm optimâ fidei potest conditione. Item et convocari 1°. quoq; die D. D.ᵒʳ Gobinet, Dolay, Guyton, Pierres et Lengler, jam antrà Delegatos, qui viderant quid facto sit opus de ædibus Sambarbaranis.

4. mandatum est D.ᵒ Dolay ut referat à D.ᵒ Malley quo in statu sit Lis intentata M. petro Egasse du Boulay de titulis Academicis. atq; ita solvit à D. Rectore Curiam.

Allemand Rectore

10°. augti 1674. Quâ de re jam antrà in generalibus ac plenis vestræ facultatis Artium comitijs apud Matburinenses deliberatio instituta erat, nimirùm de corrigendâ restituendâq; in integrum Scholasticâ disciplinâ, atque unanimi omnium consensu placuerat, ut amplissᵘˢ D. Rector, ornatissᵗⁱ procuratores, diligentissᵗⁱ Gymnasiarchæ, aliiq; viri graves è singulis nationibus selecti negotium illud susciperent; eâ de re his omnibus apud amplissᵘᵐ D. Rectorem in Regiâ Navarrâ die decimo augti congregatis hæc placita sunt:

1ᵐᵘˢ Ne priorib⁹ diebus augusti, à Kal. Septembr. ad Idus, alijq; Magistrorum Artium candidati admittantur ad examen, quàm quibus id 1ᵐᵘˢ his ipsis diebus licet, neve qui anno superiore aut antrà philia curriculum confecerunt, cum ijs concurrant, et alienum tempus aucupentur.

II. ne plures omnino quàm Sex tententur vno die, et horis quidem tantùm pomeridianis, à 1ª ad 5atam.

III. renouari placuit quod anno 1647. decretum fuerat his verbis: ornatus Theatrum restituatur antiqua simplicitati, nihilq3 Sculptarum Imaginum margini circumuestiat, aliòquin ne admittantur.

IIII. In ipsis actibus philis, etiam Majoribus sola distribuantur positiones sine imaginibus.

V. quòd verba facta sunt, non nullos Scholasticos ex ijs, qui in Collegio, seu Collegijs habitant, in alio quàm in eo, in quo habitant, studere, et alijs professionibus operam dare; contra id, quod jam anno 1637. in Mathurinensi prohibitum fuerat; idcirco rursus decretum ac sanctum [illegible], nequis omnino Scholasticus in alio Collegio studeat, quàm in eo, in quo habitat, quodcunq3 illud Lutetiæ fuerit, ne modò ibi sit exercitium. qui secus fecerit, si id compertum fuerit, ad magistrij gradum Academiæ privilegia non admittatur. ac siquis Gymnasiarcha, aut professor aliquem ejusmodi Scholasticum admiserit, aut patiatur; eum Gymnasiarchas, aut professores omnes omnibus juribus ac privilegijs, omnibus honoribus et commodis Academicis ipso facto privatum esse voluerunt; neque eorum testimonium, quo cuilibet Scholastico conferenti, ullam omnino habendam esse rationem atq3 statuit ab amplissº D. Rectore concludendum. Dauvernier Rector

Quibus literis et actis ab eodem scriba etiam recitatis, amplissº Rector sæpe et diuino ad Ordinum Duces conuersus, vt illorum sententias cognosceret: postquam illi capita cum suis contulerant, et matureé deliberauerunt, collectis suffragijs, ijsque per sapientissimos Sacræ Theologiæ, per ornatissimos 4. Nationum Procuratores honorandæ Gallorum, fidelissimæ Picardorum, Venerandæ Normanorum, et Constantissimæ Germanorum Procuratorum relatis, ex vnanimi omnium illorum Ordinum consensione verba fecit in hunc modum.

Noua non rei, Vir Illustrissime, noua, inquam non res, nec apud nos inaudita, Summis à Pontificibus ad futurum Concilium appellatio. Eo sapius remedio causis in publicis vbi sum principum Christianissimi; in priuatis quoque, et multò sané quàm nunc sunt, Lectionibus, quamquam agré vbi est Academia Parisiensis. Immò si quando vel Ecclesiastica Hierarchia et disciplina, vel Regni postulauit vtilitas, Regijs provocationibus ipsa semper annuit et adhæsit. Verùm non potest Academia nostra non immortales agere gratias Ludovico Magno, Regum omnium maximo parenti huic, quòd nos hujus consilij tam justi, tam pij voluerit esse participes, quòdque tanti beneficij in nos conferendi, te Vir Illustrissime, præ cæteris esse voluerit autorem, quo non esse potuit albo spectabilior, non auspicior, non pientior Regiæ voluntatis Interpres. Dolemus quidem vehementer in eo discrimine res esse positas eóque deductas, vt instrumento provocatorio cogaris vti: persuasum est quippe nobis ijsdem, ad fouendam promouendamque religionem Catholicam, nihil quicquam aptius reperiri, nihil efficacius, quàm illa vnanimis Imperij Sacerdotijque concordia.

Lætè Intelligimus, Vir Illustrissime, non potuisse te, neque pro tuo munere et officio non defungi, cum et Regni Gallici Jura conuelli, et Regiam Majestatem sperni Sedis, et Immunitates Libertatesque nostras opprimi deprehenderis.

Id nos verò maximè consolatur, quòd in hac tua Jurium Regiorum defensione; in hac ad futurum Concilium

provocatione

provocatione contineatur Apostolica Sedis
reuerentia, quam Rex Christianissimus
ex animo optopat saluam et Intemeratam; quandoquidem
exploratum habemus et compertum ex ijs literis, quas ad Eminentissimum
Cardinalem d'Estraum scripsit, nihil ab illo grauius missum fuisse
nihil non tentatum, vt sine, vt illa sarciretur, quae
Christianissimos inter atq; Summos pontifices interesse solet
necessitudo; vt ipse Innocentij papae nostri mentem ad Equosque
pacto perhaberet ac reuocaret

Quod cum efficere non ipse potuerit Ludovicus, quid nos
aliud in hoc rerum statu facere possumus, quam sublato ad
Coelum oculis, fusis ad Deum precibus efflagitemus ab eo,
vt inflexum hactenus flectat Summi pontificis animum;
Ipsum inter atque Regem Invictissimum Haereses damnatorum
de Ecclesia Romana tot titulis bene mentum concordiam velit
reuocari. Haec sunt nostra vota; & haec
mens cum obsequio nostro conjuncta: nempe
nos, & semper, hic in praesentiarum paratos esse omnium
Nationum Ordines, pro Regijs Juribus tuendis, vt ipse
quibuslibet appellationibus ad Eum uti.

De his omnibus, Vir Illustrissime, Ludovicum Magnum,
Regem nostrum certiorem quam primum te facias obnixe te
conjuramus.

Multis jam nominibus tibi devincta est Academia, quam
Ex Majorum tuorum, eorumq; de Instituta sensi, exemplo
Regijs et virtutibus insistens tuo patrocinio defendis;
quam aut lapsam, aut labentem erigis, sustinis erectam,
quam denique tot hodiernis etiam laudibus, tam doctâ,
tam eruditâ ac disertâ oratione non dedignaris exornare.

Quibus tantis meritis et officijs hoc unum nos Ipse Rector
hoc unum Academici procerti reponere possumus &
tenemur, tibi et privatim, et publicè Regis vicem
obeunti, nos perpetuo obsequentissimos fore, perpetuo
devotissimos.

Cum autem dicendi finem fecisset, continuò in omnibus Comitij partibus acclamatum est his vocibus.

Ita sentimus omnes, et appellationi adhærere parati sumus.

Cum verò Regius et Catholicus procurator humanissimè ac disertissimè dixit; se daturum operam, ut vos ijs, quæ renunciaturus esset, Ludovicus Rex cognosceret, quanto omnium Ordinum consensu, quantaque animorum alacritate Vniuersitas, sua in Regem et Regnum studia, conjunctamque cum egregia voluntatis significatione pietatem ac fidem, et paratissimam etiam operam, non solùm Rectoris amplissimi verbis, sed et omnium ac singulorum acclamationibus declarasset. Neque verò dubitare, quin hæc Regiæ Majestati acceptissima gratissimaque acciderent; immò et sperare (quæ gratissima est optimi principis pietatis ac fidei fructum afferant.

Quæ omnia cum sic peracta fuissent, discessum est; et illustrissimus Harlæus amplo virorum et singulis Ordinibus delectorum comitatu, eò usque, ubi in Rhedam conscendit, deductus fuit.

7. octob. 3 Comitijs supplicatorijs vide postea 3 hoc anni.

Die 10ª Octobris 1687. In Comitijs Rectorijs apud matutinam horâ decimâ matutinâ de more habitis, factâ supplicandi potestate, supplex accessit Andreas Moslyn Anglus Inclausinatus ipsius professoris discipulus, quod eidem professori tantum octauâ Februarij 1687. ad Inducias 1688. ignorationis et inscitiâ Legum Academicarum, ut pote qui etiam tum esset hospes et peregrinus, petijt ut admitti; quâ de re dimisso ad deliberandum Nationes, postea per ornatissimos procuratores retulerunt, placere indulgeri petito supplici Anglo quod petijt, atque ita D. Rector concessit.

Prælectæ

prætereá ex abundanti probatum et confirmatum rſt a singulis nationibus, per se et vetro nemine postulante, quod die veneris primâ hujusmodi actum erat ibidem de appellatione et provocatione ad futurum concilium; atque ita chacun rursus ab amplissimo Rectore concessum fuit.

Confirmati quatuor viri, qui fuerant matutinis horis a singulis Nationibus electi, N. M. Andreas Farrazin Collegij Cameracensis primarius, M. Faulmon Bacc. Thol. et exprocurator M. Marcel exprocurator, et Emeritus Noquetus professor, et Thadæus d'Ailly Concilium ingressi præstito de more Sacramento, postea renunciarunt nemini per Gallicanum a singulis nationibus comprobata fuit.

Die 14 octob. natio Gallicana apud Maturinenses officium Magri Nuncij pro die et Civitate Regia Portugalensi vacans per obitum Jacobi de Champs contulit Anselmo Banswicq Cameracensi, qui solita Juramenta præstitit.

Die 16. octob. in Comitijs Deputatorum Universitatis apud S. Rectorem in Decodriano extra ordinem habitis, quibus cum D. Rectore M. Pierre Equisse du Boulay ad Curiam D. Grandin, Perreau, Gilbertus Ogier, de Troge, Touraine, et de la pierre, Officiarij.

1 D. Rector exposuit se accepisse quasdam literas a Rege ad Universitatem scriptas, quarum hæc erat superscriptio. A nos très Chers et bien Amez les Recteur, Docteurs et Supposts de nostre fille aisnée l'Université de Paris. Intus autem hæc erant scripta

De par le Roy.

Très Chers et bien amez, nous avons appris le zele que vous avez témoigné pour le maintien des libertez de l'Eglise Gallicane, et de nos Droits, dans la communication qui vous a été donnée de notre part des Actes faits contre les injustes procedures, qui pourroient venir de la Cour de Rome; Et quoyque nous fussions bien persuadez de la sincerité de vos sentimens, et de vostre fidelité; Cependant ce nouveau témoignage, que vous en avez donné, nous a esté très agreable et augmente

de plus en plus l'estime, que nous avons toûjours eu pour
Nostre Corps. C'est de quoy nous avons esté bien aise de
vous en assurer par cette lettre. Donné à Fontainebleau
Le 21 jour d'Octobre 1688. Signé

Louis, et plus bas Colbert.

2 Re aedificiis quae construuntur in Collegio Stae Barbarae
placuit iterum dari Dnis Marlier et Perrin dimodas et
plenarias mutandi, addendi, minuendi potestates, et transigendi
de preho cum Architecto et Redemptore, et de iis omnibus
quae fieri oportere judicaverint, placuit referri ad D. Rectorem
ornatissi Galliae Procuratores et Syndicus Virtutes si velint, atque
ita a D. Rectore conclusum fuit.

3 Quod exponitur, in ea parte fundi Academici, quae empta est
a Dna de Rouffereau, posse jam coepta aedificia fieri ad Dnos
Gerard de Ville tanenses, negotium habens quaestori Academico
in ea re consulat patronum Dnus Marechaux; libellum
supplicem ad senatum offerat, et quoquis titulo conquirat
Dni ogier Gallicanae nationis Procuratoris, atque ita a D. Rectore
conclusum fuit.

Die 27. Octob. in Comitijs Censorijs ad matutinas Rabbi, postquam
D. Rector aperuit causas congregandi, et quod Dnus integritate ac diligentia
M. Gentilis Censor esse desineret, data supplicandi potestate, Simon Petrus Emery
scripsit a duobus Medicis panegyricis testimonium protulisset, quo
fidem faciebat, varijs eum cum causam valetudinis hypochondriacae obnoxium
esse, ita ne posset sine periculo lectionis philosophicas exercere
Facultatis, atque ita a D. Rectore conclusum.
Deleti vero a singulis nationibus singuli Censores, nempe, ab
honoranda Natione Joannes Baptista Cretrau professor in Graffinaeo, a Dorleans
M. Abrahamus Marlier Montis Acuti primarius, a veneranda
M. Richardus Bouchard Bau-Bitol. a Cisplanensi Remensi Dalyn
solito sacramento in manibus Dni Rectoris praestitorum.

Die 6. Novembr. in Comitijs Deputatorum virtutis ord. nis
Rabbi, supplicarum protocolis notatis Ludus Le Brumen Rothomagensis
Franciscus Paquet Bellovacus, Ludus Hugo de la Fouchere Parisiensis
Lucionensis

Lucionensis, Carolus Gaboreau parisinus, Joannes [illegible]
augustodunensis, et Stephanus le graverent parisinus, vota
illi sibi q concedi placuit titulo Magistrij y artibus Legunquij.

2 Quod Restrictarij y Janbarbarano odium vetera rudera seu materia superstrui,
quo nullius usus reaedificandis aut extruendis nouis esset, placuit permitti
fidei ac diligentiae DD. Marcher et Sprenn, eas res vendere, aut ijs
facere, quod commodius esse judicarent; Itq quid à Redemptoribus
materia aut alia rerum reponatur, quod minus utile ac commodum judicetur,
placuit interdici ab ijsd DDis Marcher et Sprenn, et duobus Redemptoribus dici apud
Judicem, atq ita à R. Rectore fuit conclusum.

3 Quod M. Florentius Cretot contra S^tum datum die 6. 7bris præ superiora
jam vocatus, instantia M. Gilberto Ogier ornatiss^o honorando Nauta
Procuratori altius quam ad Tribunal Academicum, postulauit M. petrus
Lenglet Notarius Syndicus, ut sibi Acta dictum Cretot ad proxima
comitia citare, idq ita fieri placuit à R. Rectore sic conclusum.

Die 4. decembr. Congr. y Comitijs Deputatorum Visitatis DD. ijs apud R. Rectorem
In Beauvaisio Rabelis, quibus cum R. Rectore adfuerunt DD. Grandin Theologica
Hallay Canonicus Legier Salubernus Canonicus Becanus; Gilbertus Ogier
et Normanica Procuratores; M. veró Daly pro Germanica Nauat Procurator; ita
una cum ijs officiarij.

1 Supplicarunt pro litteris Nodus Joan. Franciscus le Mire titulo doctoratus
pro regia et decemvij; Renatus Chauveau Cenomanus titulo Licentiati y utroq
Jure de Grenij; Michael de la Fosse parisinus, Franciscus le Boucher
Rothomag, Claudius Richard Turonensis, Eustachius le Fevre Ebroicus,
Claudius Salve Ebroicus, Mathæus le Roux Cenomanensis, Martinus Patouillet
petrus Petit Athissiodorensis, titulo magistrij y artibus Legunquij; quibus
petitionem nouas litteras, omnibus concessit placuit, ita fieri conclusum.

Die 9. decembr. Natio Gallicana apud Maturinenses officio magni
Nunciij pro hoc Triennium vacante per obitum Stephani Renard Cornubi
Joseph Rauerony cui parisiensi qui solita juramenta præstitit.

Die 14 decembr. y Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses, 1^as y angulo
pensilij ubi de more consessum est, facta supplicandi potestate duo supplices
auditi R. supplicauit pro litteris Nodus titulo magistrij y artibus Legunquij.
petrus Fossart parisinus, et Franciscus de Combes Claromontensis,
quibus illis concessi placuit. Deinde in Comitio postq. D. Rector peroravit
processum est ad alias Pro Sacris sub Invocatione B. Mariæ apud Carmelitas
Majoris Collegij; ibi rem sacram fecit D^s. de Chasseblanc Doctor Theologus

Die 16. y Comitijs Rectorijs apud Maturinenses facta supplicandi potestate
nobilis adolescens Joannes Baptista Paulus d'Aguesseau parisinus

philosophia studens in Marannaio, quod esset infirma valetudine
cujus rei fidem fecit duorum Medicorum testimonijs, petijt ut
academica semendo lege solutus haberetur; idq; illi ab omnibus
nationibus indultum fuit. Confirmati quadriennio, nimirum M.
Vitement phus professor & Guilleo Bellovaco; M. de Carrelle Rac.
Theologus; M. Franciscus Guenor licentiatus Theol. & phus professor
& Lexoviensis, et M. Carolus Magenie Collegij Longobardi primus
praefectus, ut mos est, sacramento, in concilium ingressi; renunciarunt
Rectoris sedes h.o Rectori prorogasse, quae prorogatio a singulis nationibus confirmata est.

Die 24 Comitijs apud Maturinos pro duobus Deputatis officium
omnis ab 4 Juratis Pergamenarijs vacans per obitum Tanquilli Denise
Consulis Joannis Rain civis Parisiensis, & Pergamenario, qui solita
Juramenta praestiti. /

Die 9. octob. 1688. & Comitijs supplicatorijs apud Maturinos habitis, D. Angelo
de Mero conferebat, ordi facta supplicandi postulat. supplicarunt pro literis
nominatorijs titulo Magistrij & actibus exequendis Nicolaus de Burgbaerg
Lingonensis, Petrus Boistot Parisinus, Carolus Migaret le Febure
Carnotensis, Guillo Gillet Albisiodorensis, Petrus Gengolin
pro Ebricensi, quibus illis concessi placuit alijsq; a D. Rectore concedendis
& capitulis postea. D. Rector perrexit, praesbyt & alijs pro solemni
sub Bedellorum

Conclusiones anni 1679.

Die Januarij 1679. In comitijs Deputatorum Vniuersitatis ordinarijs apud D. Rectorem in Becodiano habitis, quibus cum D. Rectore M. Petro Egasse du Boulay scribendo ad suerum D.D. Mell. Martinus Grandin Theologica, Michael Drioy juris vtriusq. & Legier medicinæ facultatum Decani; Gilebus Ogier Gallicanæ, Simon de Troyes picardicæ, Petrus Taurinæ Normanicæ, ffr. Carolus Odaly Germanicæ Nationum Procuratores, atq. vna cum ijs officiarij. 1us admissi Supplices

1 pro literis Nominationis Carolus Cheureau parisinus, Jacobus Antonius Sauier parisinus, Franciscus Morangis pbr Claromontanus, atq. illis omnibus placuit titulo Magistrij in Artibus et Quinquennij atq. vti a D. Rectore concessum fuit.

2 Deinde D. Rochet præter Quæstoris officium quo rite functus est, multaq. grauiora et extraord. nactus operam nauauit Academiæ in plurimis negotijs, placuit dono dari illi ex Academico ærario ducentas libellas, atq. ita quoq. conclusit D. Rector.

Die 2. ffbr. Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ord. rijs In Becodiano habitis, 1us admissi

1 Supplices pro literis nodis Carolus Joseph de Bonnaur e parisinus, Michael le Mercyer Ambianensis, Joannes Happes, Carolus Petrus Carré parisinus, Carolus Franc. Masson parisinus, eas. illis omnibus placuit titulo magistrij in artibus et Quinquennij.

2 Negotium datum est D. Ogier et Taurinæ, vt ad habito viro perito, nonnulle D. Richer, Lugdunensi quædam ædes Collegij S.tæ Barbaræ.

3 In Locum D. Mareschaux patris, nuper defuncti placuit deferri D. Halley causarum Parlamenti Carnotensis patrono munus seu officium patroni suæ aduocati vtilitate in toto Parlamento, id quod omnium omnes singulorum tum decanorum, tum

4 Procuratorum consensu, atq. ita ab amplissimo D. Rectore concessum fuit. In Locum vero prædicti D. Halley, qui vtilitatis erat patronus in Castelleto, Electus est D. Franciscus Rochet, quæstor ejusdem Vniuersitatis, atq. ita pariter concessum fuit.

Die 5. Martij In Comitijs Deput. Vniuersitatis ord. rijs in Becodiano habitis, 1us supplicarunt

1 pro literis nodis Carolus Cournon pbr Cenomanensis, Ludeus le Gendre pbr Rothomagensis, Franciscus Pelletier clericus Sagiensis, Claudius Joannes Franciscus Autin pbr Constantiensis, Joan. de Bray pbr Ambianus, Guil. de la Mare Petreus Coullon pbr parisinus, et per Procuratores Ludeus Berthoy Lugdunensis legitime absens, titulo omnium Magistrij in Artibus et Quinq. atq. illis ordine concessi, placuit, eisq. graduato Berthoy, vt prote pauperibus Xenodochij Lugdunensis assidue inseruienti; Ita tamen vt hæc gratia in exemplum deinceps non trahatur, atq. vti a D. Rectore concessum

2 Negotium datum est D. Ogier et Taurinæ, vt Illustrissimum Collegium S.tæ Barbaræ se conferant, dentq. operam, vt secunda ædium contignatio et inferiorum earundem partes eodem modo instruantur, clausulisq. munientur, quo reliquæ contignationes atq. ita a D. Rectore fuit conclusum.

Die 7. Natio Germanica apud Maturinenses officium Magni nuncij pro Archiepiscopatu Cassellensi in Hibernia vacans per obitum Stephani Dicil Contulit Stephano Filumone cui pariter, qui solita juramenta præstitit.

Die 8. Martij 1587 habita fuit Comitia Deputatorum Vniuersitatis apud Maturinenses pro aperiendo Astulo et veteri more retinendo. Ibi supplicauit pro literis nouis M. Victor Bauarne sbr Turonicus, titulis Magistrij in artibus, Baccal. in Theologia et Seremij, easq; illi quas petijt libras, concedi placuit, aliasq; à D. Rect. fuit concessum.

2 Item D. Halley causarum actor in Parlamento, atq; vnus è 4. Vniuersitatis Patronis, iuramentum præstitit in manibus amplissi D. Rectoris, pro officio Patroni, quod illi dari et deferri placuerat in comitijs huius mensis februarij habitis.

Die 23. Martij in Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses, 1us In angulo supplicauit pro literis nouis Ludouicus Brunet Carnotensis et Claudius francisci Robert parisinus titulo vtriusq; Baccal. in Theologia et Seremij; titulo verò Magistrij in artibus et Quinquennij Jacobus Tussanus Germain Clericus parisinus, Petrus Querencq sbr Cenomanensis Et Joannes Fricou Monspellensis, easq; illis oibus concedi placuit, aliasq; vt supra.

2 Deinde in Comitijs pestq. D. Rector petijt, probatis quæ requisita fuerunt, decretis statutis commodissq; D. D. Orley consultissimæ facultatis decanus postulauit, vt post 6. menses sicuti deinde Rectori Rectorij fasces prorogarentur, is iterum à Decanis et Procuratoribus instituerentur eius confirmaretur, quasi nouus Rector, id verò qd nouum fit et hactenus in auditu, ejus nulla ratio habita fit. Processus postea ad eadem Deo sacram hac Inuocatione Sti Stephani de Monte, vbi D. Rector rem sacram fecit, concionemq; habuit D. Nauarre, vterque Doctor Theologus.

Die 24 in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses facta supplicandi potestate, Franciscus Laurentius le Roux de Villeroux Sandionensis Aremoricus dioc. Trecorensis et Petrus Nicolai Rothomagensis, post biennium integrum in studio collocati in Collegio Syluano Vniuersitatis Cadomensis ad Dionysiaci 1582. ad Inducias 1584. propugnatis ibidem ab vtroq; Theologiæ palam et publicè de vtra pugna, per biennium illud Cadomense, sibi hic pro vno anno haberetur. Deinde alij duo supplices Anglj, Petrus Adelis, et Rodulphus Chaterd, M. Gentilhoi Physici Cardinalitij professionis discipuli ob valetudinis infirmitatem, à medicis duobus per biennium immunitatis à Lectionibus Mathematicis, quibus decreto duobus proximis, atque eius indulgeri duobus Anglis quod petierunt, aliasq; vt supra.

Confirmati quadrumuiri, n. M. Andreas Regis Bacc. Theol. Abrahamus Marlier Montis Acuti primarius, M. Aubert professor humanitatis Emeritus, et Ferdinandus Quentin in conclaue ingressi renuntiarunt se Rectoratui fasces prorogasse, easq; prorogari ab oibus singulis nostris comprobatum fit.

Die 2. aprilis in Comitijs Regentium Vniuersitatis ordinarijs et Recidiano habitis, supplicauit pro literis nouis iure Magistrij in artibus Equitum Claudius Charbon Arduennensis, Petrus Antiquet Ambianensis, Carolus Sainfray Parisinus, Ludouicus le febure Ambianensis, easq; illis concedi placuit et a D. Rectore concessum fuit.

2. Negotium datum fit D. Vi Ogier et Tourame vt cum Architecto Redemptore ædificiorum quæ fuerunt in Collegio Stæ Barbaræ tranigant de ratione quâ, ea ædificia quæ facienda restant, fieri conuenit, et quemadmodum conuenientia effectui dabuntur atq; ita à D. Rectore concessum fuit.

die 15. aprilis

Die 14. aprilis 1629 In Comitijs Deputatorum Vrsitatis apud D. Rectorem In Becodiano extra ordinem habitis placuit ad obtinendam Capellam Sanctæ Barbaræ perficiendam pecuniam sumi mutuam, quinque aut sex millium librarum millia, fœnore, seu denario vel vocant, quo fieri potest commodiori, atq; ita à D. Rectore fuit conclusum

Die 25. Comitijs Deputatorum Vrsitatis apud D. Rectorem In Becodiano extra ordinem habitis ad perficiendas aedes quas in Collegio Sanctæ Barbaræ fieri jam coeptas simul placuit sumi fœnore, seu denario, vt aiunt vigesimo decem millia librarum; atq; ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 7. Maij In Comitijs Deputatorum Vrsitatis In Becodiano habitis

1. admissus fuit ad supplicandum pro literis nobilis Ludovici Henricus Vauchelle Clericus Rothomagensis, quas postulabat sibi dari titulo Magisterij In Artibus et quinquennij, quas illi dari placuit.

2. Prope Fundaticas Sequanæ remittit placuit obtinenti, qui partem prati Academici conductam habet, quadraginta libellas de pretio conductionis atq; ita à D. Rectore conclusum fuit.

Die 4 Junij in Comitijs ordinarijs apud D. Rectorem in Becodiano habitis

1. supplicarunt pro literis nobilis titulo magisterij in artibus et quinquennij Carolus Nacart parisinus, et Jacobus Leonardus de la Motte Andegavensis parisinus: titulo vero Baccalaureatus in Theologia frater Franciscus Rousset Religiosus ordinis Praemonstratensis; Et titulo doctoratus in Theologia frater Antonius Norbertus Labourer Religiosus ejusdem ordinis, quas illis omnibus concedi placuit.

2. quâ de re exposuit D. Rector Consultos Academiæ patronos, nimirum de negotio Librariorum et Compactorum, consuluisse eò rei esse videtur ad eorum causam accedere; placuit eâ in re tueri ac persequi jus academicum, quod si jam actum sit ab amplissimo D. Rectore, peragi; datâ tamen prius ab ijsdem Librarijs et Compactoribus indemnitate; atq; ita conclusum fuit.

3. Quod à rarijs Academici Quæstor exposuit virum Religiosum Admodum Capucinorum Fratrem Bernardum de Paris de se meminisse sibi dixisse, habere se trecentas quinquaginta libellas à quodam Fratre apud se depositas, eam rem ut restituantur visitatis, cui debentur, eamq; pecuniæ summam se paratum esse tradere, eâ conditione ut coram Notarijs detur acceptilatio deponenti, et ne quid detrimenti de dicta trecentarum quinquaginta libellarum origine possit ab eo, qui dictam acceptilationem habebit, placuit dictam summam à Quæstore acceptam referri, ejusq; acceptilationem tradi coram Notarijs; Duos tamen ex eâ Ludovicos aureos dominus et familia Capucinorum debito dari per modum eleemosynæ; atq; ita à D. Rect. conclusum.

4. Negotium datum est Dominis Rogier et Cauvaniez, ut opera lignaria et ferrea pro aedibus Sanctæ Barbaræ facta à fabris accipiant et exigant ad taxæ commentariis eaq; prius probent adhibitis duobus peritis, atq; ita à D. Rectore conclusum fuit.

Die 18. Junij Visitas apud Mathurinos per suos Deputatos horâ 7.ª matutinâ officium vnius è 4 Bibliopolarum Juratis vacuus per liberam et juratorum seu

Demissionem petri Barbin contulit Martino Matthieu cum pactionibus, quæ solita juramenta præstitit. /

Eadem die post meridiem in Comitijs ord^{nis} & Recordiano extra ordinem habitis quod expostulat D. Rector decreto Regio datos quidem Judicij ex Comitibus Conservatoris de re Librariorum et Compactorum, ad quorum causam Vrbitatis pertinet, sed in eo decreto additam esse clausulam, quæ non sit de re Vrbitatis minimè antiq. controversia dirimatur, interim executioni mandatum iri nova decreta, et præsentias legum; placuit per amplissimos D. Rectores adjunctis sibi quos voluerit adiri D^{num} de Selgnelay, aut Regem ipsum, si necesse sit, atq; [illegible] 2 Quod Bibliothecarius Academicæ quæstor dixit se egisse cum procuratore D^{ni} de Monaco, quo ad has Academicas conductas habet, et de pretio conductionis tria millia Libellarum Vrbitati ante Solstitium, quæ solutionis tempus exierit, illumq; vagrey libentissime solliciturum fuisse, ea conditione tamen, ubi forte manus Regia in pretij conductionis quod ille procurator postulandi atq; ita à D. Rectore conclusum fuit. /

Mercurij 22. Junij In Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses, ubi in angulo peristylij facta supplicandi potestate, supplicavit pro literis nostris Boutroye, vigiliarum se [illegible] sub conditione ut probatas subrinæ ejus latinas à Syndico Vrbitatis, quas non attulit. / Eadem pro sacris sub invocatione S^{ti} Jacobi apud Dominicanos, rem sacram fecit D^{ni} Guesard, et concionem habuit D. Morel Vrbis Doctor Theologus. /

Mercurij 29. Junij in Comitijs Rectorijs apud Maturinenses, facta supplicandi potestate. Tres supplices accesserunt, primus Franciscus Rousselot Lingonensis, post hæc exposuit se posteriori philosophiæ cursus anno à Kal. Decemb. ad finem mensis Januarij graviter ægrotasse, idq; probavit probatis Medicorum testimonijs, neq; propterea professoris sui lectionis exercitio potuisse, petijt ut sibi nihilominus licere admitti ad examen Artium. 2^{us} Nicolaus de Verson Rossignaeus post confectum jam philosophiæ cursum in Vrbitate Cadomensi à diebus Kalendis anni 1685. ad Indictionem 1687. in Collegio Sylvano; 3^{us} Ludovicus de Montbray Bajocensis confecto ejusdem philosophiæ cursu à diebus Kalendis anni 1687 ad Indictionem 1689. petierunt ut licentiam Cadomense sibi hic haberetur pro uno anno, idq; magis quod ubique in Magistrij gradum Cadomi jam adepti fuissent; de his supplicandis nobis post maturam deliberationem concedi voluimus. Inter alios supplices quod petierunt alias via à D. Rectore concessum. Confessionati quadruumviri M. Antonius Grily, Simon de Crogny, Petrus le Seigle et M. Martinus Brooke, et conclave ingressi prostrati reclinemus se Rectoris patres D. Rectori prorogasse; quam prorogatio à singulis nationibus confirmata fuit. /

Mercurij 2. Julij In Comitijs Deputatorum Vrbitatis ord^{nis} & Recordiano habitis, multa ventilata et discepta sed nihil finis conclusum. /

Mercurij vero 12. in alijs Comitijs ibidem extra ordinem habitis, quod multa irrelata sunt de studio Academico, quas gravissimas se negotia, placuit angulum deliberari, et in alia Comitia differri; quia tamen convenit quam primum mensuram fieri, et ea res valde urget, negotijs datis Rectis Ogier et Hochet, ut juratum Gromelay seu Recensitorem conducant, Rogentes D^{num} Orlex nec Vrbitatis, ut [illegible] vernat, atq; ita à D. Rectore [illegible] conclusum.

Die 7 ma July. In Comitijs Reipublicæ Vrbis Lutetiæ ejusd. D. Rectore in Recolarum Vetera ordinem habitis
Quod spectat pecuniæ Legatum Petri Cayer de Feuille Topes ad perficiendas
Aedes S.ti Barbaranas, nec quicquam hactenus dare voluit eâ conditione
quâ speratum fuerat antea, sed denario vt vacant vigesimo tantum, placuit
decem millia Libellarum sumi fœnore, prædicto denario vigesimo, solicet
sex millia libellarum à M.e Girard causarum in Parlamenti curiâ cognitore
et quatuor millia à M.e Lud.co Boulenois causarum itidem cognitore suæ
Castelleto, atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Die 2. augti In Comitijs Reipub.cæ Vrbis in Recolarum extra ordinem habitis,
deliberatum fuit de distributione pecuniæ, quæ nuper mutuo sumpta fuit ad
fœnore, placuit eam per partes distribui Architecto patenteque
artificibus quibus debetur pro constructione ædium S.tæ Barbaræ, prout
designatus fuerit ab amplissimo D. Rectore & Syndico vnumquemque,
reliquum verò dictæ pecuniæ remanere in manibus D.ni Baglant,
Tabellionis seu Notarij Regij atque ita ab amplissimo D. Rectore conclusum fuit.

Præterea supplicarunt pro literis nostris titulo magisterij in Artibus
et quinquennij Antonius Xavier Augustodunensis, atque illi concedi placuit.

Die Sabathi 8. augti in Comitijs ordinariis apud D. Rectorem in Recolarum habitis,
supplicarunt pro literis nostris Joannes Jacobus de Gomer de Luzancy
Meldensis, Hieronymus Palerne Lugdunensis, Gabriel Arma
Pasquinot Clericus Cenomanensis, Jacobus Blondel Clericus Senonensis,
Franciscus Forbin Subdiaconus Constantiensis, Petrus Ozon
Montargianus, Claudius Cordier Bolomiensis, Hubertus Cardinal de
Chalancé, et Antonius Cardinal de Chalancé Clerici Mondiderini
Dioc. Ambianensis, Josephus du Bois Clericus Bellovacensis, Radulphus
Le Barbier Clericus Bellovacus, Joannes Xavier Pbr Sylvanectensis,
Tussanus de Court Clericus Noviomensis, Christophorus de la Barre
Clericus Bolomiensis, Armandus Joannes Bapta Barrett Clericus
Petrus le Pileur Clericus Bajocensis, Guill.s Huillard Acolythus
Rothomagensis, Michael David Pbr Claromontanus, Joannes Blot
Acolythus Carnutensis, Stephanus Lamy Acolyth. Carnutensis, Edmundus
Huard Subdiaconus Bajocensis, Franciscus Xavier Pbr Atrebatensis,
Joannes Bartholomæus Jean Clericus Rothomagensis, Hermanus
Anger Pbr Lexoviensis, Guill.s Coulloch Pbr Conspitensis, Jacobus
Laumailler Clericus Cenomanensis, Jacobus Heron Pbr Rothomagen.
Franciscus des Landres Acolythus Carnotensis, Nic. Godin Clericus Ebroicensis,
Josephus Coquebert Remus Clericus, Georgius Turpin Acolythus Senonensis,
Carolus Lucas Garois Clericus Bellovacus, Robertus Potgier Clericus Trecensis,
Jacobus Petat Clericus Senonensis, hiq. oes sunt Magisterij in Artibus Quinquennij.
Ad. Joannis Claudius du Croc Lingonensis titulo Doctoratus in Theologia et Decretis, atque
illis libri concedi placuit quia petebant literas nostras atque ita à D. Rectore conclusum.

56
2. negotium datum rr dnis Ogier & Courraire, vt nae muerstatis denuncient
et fabro Lignario, qui vocatur Potrau quicum initus rr contractus de aedib
Jan barbaranis, vt apud D. Baglant Notarium Regium accipiat quàm plu
tria millia et quingenta libellas, eâ conditione vt suppeditet quae sua sunt
artis ad eas aedes perficiendas, prout in isto contractu tenetur; praeterea eidem
quoque mandatum, vt contrahant cum pauimentario de solo sternendo, item
cum pictore de picturis, et cum Boncourt Architecto de demolitione, et ruden
cohis, atq; vta ijs rebg à D. Rectore fuit conclusum.]

3 Re Controuersia orta Joannem Inter Talmont dioc Bolonienſis, et Jacobum
noise de Burſa Becodianâ, quâ de re dictus Tallemont obtulit libellum
supplicem, placuit ab vtroque instrumenta causae coram cari cum syndico
communitatis, atq; ita ab amplissº D. Rectore conclusum fuit.

Die 13. Augti habita fuit comitia praeclara facultatis Artium apud Maturinenſes
1 Creandis Examinatoribg Candidatorum Magistrij ijs Artibg. Artium Baccalaureis
pro Examine quod apud D. Manaij fieri solet, nimirum M. Marcum Meurisse philosophiae
professorem ijs monte decuto pro Natione Gallicanâ; M. Carolum Trencart Bacc. Artium
pro fidelissª; M. Ludus Magnette Bacc. Artium pro Venerenda; M. Carolum Magenus in Casbantissº
et Tolidae, ad Examen apud Stas Genouefas pro ijsd nationibg eodem ordine; M. Michaelem
Gentilhomme, istis professoribg, M. Richardum de Fonerolle Bacc. Artium. M. Antonium
Bernard Bacc. Artium, M. Cornelium Nary Collegij Longobardorum professores, dimissis
ad deliberandum quos creauerunt Examinatores et acceptauerunt.

2 Deinde facta supplicandi potestate Cyprianus de Mas de Glahigny parisinus confessor
jam ijs Artibus Cadomensi per quinquennium ijs Collegio sylueano ad Principalibg 1685.
ad Indutias 1688. petiit, vt biennium illud Cadomense sibi hic haberetur pro uno anno
2º Franciscus Yuco domi de planey parisinus, quod nomen ijs 1º Catalogo non
scripsisset, propterea quod cum pleno studiorum in choaffet nec putabat fore vt persequeretur
3º Antonius du Tilloy Bellouacensis, quod ijs postremo Catalogo nomen dedisset, quia
statis à paschalibg euocatus rr vt ijs patruis a parentibg legitimis virgenibg de causis
4 Antonius Tilonier Laudunensis, quod morbo impeditus domi non potuit nomen subscribere
in postremo Catalogo, antiq. ad Tabularij Artistas delatus fuisset; 5º Ludus de Manbray
Bajocensis, quod pleno pro professor eaque doceret vt ijs Sorbonae Collegij coaptaretur, postremo
Catalogus non delatus ad Tabularij Academicos; 6º Adhermannus Francisci de prouvy
de Guinsonas Grahano politanus, quod ijs priore posteriorem anni Catalogo nomen
suum desideraretur, dixit se mirari quod id incogitantiâ factum fuisset, cum esset professor
conductus et Gymnasiarcha Collegij Burgundici vbi assidue commorabatur. quibus vt
nihil commune ad examina Artium admitterentur. de his audito Syndico,
Expensis q; eorum supplicum cancellis et rationibg, rectitatisq; quae prolatarum testimoniis
dimissis natos ad deliberandum, rebus placere maluerit vbi supplicabunt
quod petunt vt ita alª D. Rectore conclusum fuit.]

Die 3. 7bris ijs Comitijs deputatorum Artistarum ordinarijs ijs Becodiano habitis, supplicarunt
1 pro Licentia nominandi petrus Franciscus du Bois de Giury Cleneus parisiensis
petrus Brachiere sbr Rothomagensis, Andreas Lourder acolythus parisiensis
Dionysius de Fontenil acolythus parisiensis, Andreas du Terbre Cleneus Turonensis
Simon Raud acolythus parisiensis, Carolus de Fontenay Cleneus Rothomagensis
Franciscus Grela ruelle sbr Atrebatensis, ratis aliis vbi vtreas conuenit placuit
ita alª à D. Rectore conclusum fuit.]

2 M petrus Orlengel

2 M. petrus de Lenglet Syndicus vniuersitatis exposuit se jam dudum [illegible] agro corpore, neque posse vacare negotijs academicis, postulauitq; vti sibi liceat habere vicarium In præsens M. Gilbertum Hubert Diac. rhotom. cum designatione futuræ successionis; quâ de re rogatis dictisque sententijs vnanimiter placuit concedi dicto M. petro de Lenglet quod postulauit, atq; ita ab amplissimo R. Rectore conclusum fuit.

3. Ob multam nouatam operam à M. Jacobo de Lœuure, præsertim ad promouendam litem aduersus R. Canonicos Eccl. parisiensis, et paruarum scholarum magistros, et quos permissionarios vocant, placuit attribui dicto M. de Lœuure de anno academico trecentas libellas, atq; ita fieri à R. Rectore conclusum fuit.

Die 1a. octobr. 1689, In Comitijs Deputatorum Vniuersitatis ad quos apud R. Rectorem Bernardum habitis, supplices admissi sunt pro literis nominationis Joannis Boudoux Autumagi Franciscus de la Roziere Vrbanensis, Jacobus Genreau clericus Lingonensis Philibertus Cottin clericus Lugdunensis, Franciscus Barrois clericus parisinus, Joannes de la Fleuriois subdiaconus Tricassinus, supplicauerunt autem philo Magistrij et artium et quinquennij et illis data concedi placuit literas nominationis atq; ita à R. Rectore conclusum fuit.

Die 6. octobr. in Comitijs supplicatorijs apud Maturinenses, hora 9a. in Angulo pensylij supplicauerunt pro literis nominationis titulo magistrij et artium et quinquennij Marinus Franciscus Pageois clericus parisinus, Jacobus Goury Aurelianus, Sebastianus Goury Aurelianus, Jacobus Josset Ebroicensis, et Claudius Marbrun de Bois le Comte clericus Turonicus, et his datis, quibus literas nominationis concedi placuit.

Die octauâ R. Rector et præclara artium facultas per ornatissimum procuratorem Officium Clerici Magnorum Nunciorum vrbitatis vacans per resignationem Caroli Nuriegle vltimi possessoris pacifici Contulit Joanni Fournerot ciui parisiensi, qui solita juramenta præstitit.

Die 10a. octob. In Comitijs Rectorijs apud Maturinenses hora 10a. matutina de more habitis, postq. R. Rector exposuit quâ de re ageretur, factâ supplicandi potestate, duo supplices accesserunt, Joannis Chaulet Lauduensis post confectas preces curtas et vrbitate Remensi a Remigiali anni 1676. ad Inducias 1688. petijt, vt sibi biennium illud Remense haberetur pro vno anno et vrbitate perfecto: Alter Guil. Alexander de le Roux de Langrie parisinus M. Le Cordelier celeberrimi et Mazarinæi præclari professoris discipulus, quod is Logicâ nomen non dedisset ante Kalendas Januarij, quo die ipse vnâ cum professore detulit ad Tabularium vrbitatis, petitâ ignis omissionis veniâ, postulauit vt sibi nihilominus annus integer haberetur perinde ac si ante Natalitia dedisset. Quibus de supplicationibus audito M. Gilberto Hubert pro syndico vrbitatis dimissis fuit ad deliberandum 4. nationis, et ad confirmandos eligendos quadruumuiros Maturinenses electos; Tum ego, antequam discederent, recitaui id quod mihi significatum fuerat nomine Decanorum Theologiæ, Juris vtriusq; et Medicinæ, in libello quo declarabant se vitare edere quominus Quatuorviri Rectoris et R. Rectoris amplius prorogarent; sed cui libello omnes Medicinæ Decanus subscripserat postea verò Nationis per ornatissimos procuratores retulerunt à se confirmatos fuisse

quadrumvirõr; minirum a' Gallicanâ M. Ludeus Dris pred. Antiquus R. Rectorem Cardinalitius; a' picardicâ M. guritinum Saugmis humanioris literaris professorem in Monte acuto; a' Normanicâ M. petrum Touranel Licentiatum & Sophologum, et exprocuratorem; et a' Germanicâ M. franciscum Thoulabre; ac gratiosa' sibi quoque Indultum fuisse ambobus supplicibus quod petierant, vâ tamen conditione, vt Clementis, qui literas tantus protulit immoderatas Clementis sigillo munitas, asserret alias majore sigillatas. atq; sta ab amplissõ. R. Rectore conclusus fuit. Tum verò quadrumviri praestito de more sacramento In conclave Ingressi; postrà per Gallicanum ad perficienda quadam grauiss. negotia, quae jam affecta vssent, sibi rotam mutuo visum vsse prorogare R. Rectori, etiam recusanti, Rectore fasces. quâ de prorogatione dimissa ruthes ad deliberandum Nationum per eosdem ornatiss. procuratores rehulerunt se gratam & gratam habere ejusmodi prorogationem sub beneplacito tamen Supremae parlamenti Curiae atque sta ab amplissimo R. Rectore conclusus fuit.

Die 27. octob. in Comitijs Censorijs apud Mathurinos habitis Electi fuere Censores Mess. florentius Cretot Licentiatus Sophologus, Gilbertus Heben Bac. Theol. a gradu Rousset phia professor In Harcurio & franciscus Thouetre vir probatus qui solita juramenta praestiterunt. / praetura duo supplices accesserunt quorum vnus armandus petrus Casaus Lexoviensis sphe miris oculorum aciem morbo vitiatam et albedine imbecillitatem, cujus rei medicorum testimonia fidem fecerunt, petijt Immunitatem a' scribendi onere. Alter simon Frochain Laudunensis, confecto jam pene curso, sibi quod nomen in more loquionum Catalogo non scripsisset, idq; Ignorantiae legum Academicarum, petijt vt sibi misericorditer Licere admitti ad examen pro Laurea Artium. vtriq; supplici nates indultum esse voluerunt, quod petebant ea lege, vt qui Immunis esset ipse a' scribendo, curaret professoris dictata quotidie a' pauperc aliquo Scholastico describi; atq; sta penes a' R. Rectore conclusum fuit.

Die 4. Nouembris in Comitijs Nationum vbi Gallicanorum ord. habitis apud R. Rectorem in Recordario habitis, Auditi supplices pro literis nominationis 1 Joannes Guesard pbr abrincensis & Joan. Baptista Borgo subdiaconus Anibanensis Lunensis dijs concedi placuit. titulo magistrij in artibus & quinquennij petendum.

2 negotium datum M. Gilberto Heben vt cum R. Marlier cognato deferendae Trabe, quae in ijs aedibus in quibus habitat R. de Monaco, ruinam minitatur, vt quae in ijsdem aedibus septum restituatur quod erat antea.

3 Praetura, quoniam MM. Ogier & Touraine Gallicanae antea & Normanicae Nationum procuratores de munere procuratorio exierunt, negotium quoquo pacto daturi essent eidem M. Heben, vt in eorum locum aedificia Collegij Lambarduani curet, atq; sta in ordine ab amplissõ R. Rectore conclusum fuit.

Die 3. Decembris In Comitijs Nationum Gallicanorum ord. habitis apud R. Rectorem in Recordario habitis, quibus cum R. Rectore M. petro Crasse du Boulay sedente ad Cathedram D. Grandin Dr Leger Legier theol. Juni, et medicinae Licentiati; Marmiet, Lamy, Le Moine et Farely 4 nationum procuratores, atq; ma. agijs officiarij

1 Supplices admissi pro literis nominationis titulo Magistrij in artibus & quinquennij

formiarum pontificis

firmianus pontier Diaconus Ambianus, Jacobus Leguillon pbr Rotomagens
Julianus Besnier Diaconus Cenomanus; Ignatius verò de la Loubere
pbr Tolosanus et Doctor Theologus titulo doctoratûs ac decemij, ijsq; ornatos
eas literas concedi placuit pro quibus supplicauerunt.

2 Negotium datum M. Gilberto Heber, vt jure agat aduersus Fabricium Lignarium
qui arbores ligna adscribuit in aedibus sanbarbaranis, contra id quod conuenerat.
alias vt ait ibi a D. Rectore conclusum fuit.

Die 13. decembris in Comitijs supplicatorijs apud Maturinos habitis in quibus facultas supplicandi petebatur, supplicauit pro libris notatis pro magistrij Andreas Ouder Cantuariensis, ratus sibi concedi placuit, alias vt ait fuit a D. Rectore conclusum. deinde in Comitijs postea. D. Rector percensuit, probauit quae actitasset, proceditque ad alias Processus hebdomadae Spiritus Sancti Christophori, vbi Curio [illegible] Theologus rem sacram facit.

Die 16. decembris in Comitijs Rectoris apud Maturinos horâ 10a. matutina de more habitis, facultate supplicandi petebatur, cui petitioni supplex Robertus Surville Diaconus Bajocensis post confectum primum curriculum in academia Cadomensi per biennium in Collegio Sylvano a Dionysianis anni 1670, ad Inducias 1672. vbique pro gradu Magistrij in artibus adeptus, petijt, vt illud biennium Cadomense sibi pro tribus annis haberetur, quod illi Dei et singulae nationes concedi posse voluerunt; a quibus confirmati quadruplici nimirum ab Honoranda Gallorum Natione Ludouicus Grauet vir procuratorius; a Picardorum Jacobus Robault humaniorum artium Professor in Praellis Rollomagi; a Normanorum Joannes Baptista Couture Rhetor Manchianus, et a Germanorum Natione Simon Schick, prosthetique de more Sacramentum in conclaue ingressi, prostra renuntiarunt se vnanimi consensu elegisse Rectorem Magnificum Ludouicum le Sour Licentiatum Theologum et Collegij Manchiani gymnasiarchum. quae electio ab Vltris et singulis nationibus comprobata et confirmata fuit; Electus autem nouus Rector solitis sacramentis prostitit, et in aedes suas magno comitatu deductus est.

Postridie ad Institutionem seu confirmationem nouj Rectoris habita fuit apud Maturinos Comitia Reputatoria vniuersitatis; quibus, et in eis rem vocati erant per sedulas a nouo Rectore D. le Sour datas pridie. vbi Clarissimus ex Rector Ipse de rebus Negotijs exigentibus prolixissimum instituit; Sapientissimi Decani, et Ornatissimi Procuratores singulis Dei demere suffragijs ejus electionem ratam et gratam habuerunt. Quod autem postulatum est a Sapientissimis Decanis, vt in Commentarios referetur, quod nuper Illustrissimi Senatus principes dixerat, fore vt deinceps Rectoratus non vltra annum prorogaretur nisi accessisset Senatus auctoritas; alij autem aliud dicebant, nec plane conuenerat inter eos, quid sibi vellet Ipse Senatus princeps dixisset. Tum discessum est et angustissimo Rectore nostra deductus est in suas aedes Manchianas.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE
MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

ARCHIVES
35

Universit
37
Cons.
1683-1689

1683 Smith 1689